VARIARVM LECTIONVM LIBRI DVO,

THEODORI CANTERI VLTRAIECTINI.

AD

Clarissimum virum GEORGIVM RATALLERVM Senatus Regij Vltraiectini Præsidem dignissimum.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXIIII.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIÆ *Catholicæ Ma^tis^ priuilegio cautum est, ne quis cuiuscunque status aut conditionis,* Variarum lectionum libros Theodori Canteri, *citra Christophori Plantini voluntatem intra decennium imprimat, alibive impressos in eius ditionis fines importet, aut quouis modo distrahat. Qui secus faxit, pæna in regio diplomate expressa multabitur. Dat. Bruxellis, vltima Nouembris.* M. D. LXXIII.

Subsig.

I. de Perre.

CLARISSIMO VIRO

D. GEORGIO RATALLERO, *Senatus Regij Vltraiectini Præſidi digniſsimo,*

THEODORVS CANTERVS VLTRAIECTINVS S. D.

COGITANTI mihi ſæpenumero & cum animo meo perpendenti, cuius potiſsimum felicibus auſpiciis atque adeò patrocinio fretus, has laborum meorum primitias in lucem emitterē, quo citra periculum poſſent multiplex & varium doctorum virorum ſubire iudicium: tu in primis, clariſſ. Præſes, occurriſti, cui hæc noſtra, qualiacunque tandem illa ſunt, dedicare, atque conſecrare meritò deberem. Nam præterquàm quòd ſemper te litterarum ac litteratorum

ſingularem patronum cognoſci paſſus es, ipſe non vulgari doctrina iam pridem ab omnibus iudicaris excellere, ac de litteris & ſtudiis rectiſſimè iudicare poſſe. Vt enim omittam Poëticæ laudem in iuuentute ſummo omnium cõſenſu tibi attributam, quis eſt qui ignoret, Philoſophiæ totius ac Iuriſprudentiæ ſcientiam te exactiſſimam conſecutum rectè ab omnibus exiſtimari. Veruntamẽ hoc tibi omne ſufficere viſum non eſt, niſi inſuper Græcæ linguæ perfectam cognitionem, tanquam reliquarum artium ſingulare ornamentum, velut pro Colophone cõparaſſes. Quibus de cauſis non iniuria potentiſſimus Rex noſter fecit, vt de Mechlinienſis curiæ Senatore Præſidem te noſtræ prouinciæ, tametſi reluctantem ac ferè inuitum, creauerit. Quod onus quamquã graue tuis humeris incumbit, ita tamen in eo te diuina opitulãte gratia hactenus geſſiſti, vt ab omnibus certatim virtutes tuæ arteſque celebrentur.

brentur. Quarum cùm ad me quoque fructus aliquis præter omne meritum meum peruenerit, ingratissimus profectò iure fuissem habitus, nisi hos labores tuo potissimùm nomini consecrare voluissem. Idquod in optimã te partem interpretaturum esse mihi polliceor atque spondeo. Vale Præses clarissime. Vltraiecti: Idibus Ianuar. M. D. LXXIIII.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

Hesy-

INDEX CAPITVM
LIBRI SECVNDI.

THEO-

THEODORI CANTERI
VARIARVM LECTIONVM LIBER PRIMVS.

De Musarum origine, deque ea Arnobij locus restitutus.

CAP. I.

CVM *præclarè & sapienter à Sophocle referente Plutarcho dictũ sit,*

Ἔργου δὲ παντὸς ἤν τις ἄρχηται καλῶς (ἔχειν.
καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ᾽ οὕτως

nihil prius, aut antiquius habui, quàm à præclara ac illustri materia, ac digno vindice nodo, incipere, atq. adeò scribendi initium facere. Quare circumspicienti vnde potissimum incipiendum exordiendumq́ foret: commodè sese mihi obtulit historia quædam, fabulosa illa quidem, sed nihilominus antiqua, & à paucissimis litteris mandata, in qua de Musis & Musarum origine agitur. quam si hoc loco in medium adduxero, & mendis turpissimis, quibus tanquam rubigine ac fuligine quadam, obsita atque obsessa est, vt vix inde commodè aliquis sensus elici possit, liberando, splendidiorẽ ac illustriorem reddidero, præclarũ satis opinor initium habiturus sum. Accingar itaque ego, & quoad fieri potest, difficultatem omnem soluam ac diluam: quòd si in re ob-

 scurissima,

ſcuriſſima, fallar opinione, conatus tamen in parte laudis ponetur. Itaque Arnobius diligentiſſimus antiquitatis rimator, libro contra gentes quarto, ſic inquit: Nunquid cupidinis atq. auaritiæ cauſa (ſicut ait Bœotius Pindarus) Aeſculapium fulminis transfixum eſſe telo? Nunquid Apollinem ditem factũ, eos ipſos reges, quorum gazis fuerat locupletatus & donis, ambiguitate fefelliſſe reſponſi? Nunquid furem Mercurium publicauimus? Num nos eſſe lauernam, atque cum hoc ſimul fraudibus præſidere furtiuis? Nunquid ex nobis Myrtilus eſt auctor, qui Macari filias, Megalconis ancillulas profitetur fuiſſe Muſas? Ego hunc locum in omnibus libris deprauatum, duarum litterarum duntaxat, in duabus vocibus, immutatione emendaui: vt, cùm hactenus legeretur, qui Macari filias Megalconis, &c. ego, qui Macari filiæ Megaclonis, reſtituã: coniecturã meam compluribus viris doctiſſimus approbantibus. Quorum verborum atque adeò cuius totius loci, hic ordo, hæcq́ ſententia eſt, Myrtilum profiteri Muſas fuiſſe ancillulas Megaclonis, quæ Megaclo fuit filia Macari. Ne videar autem temerè aliquid mutare, lectionis meæ rationem ſubyciam. Clemens itaque in Protreptico ſuo ad Gentes, hanc hiſtoriam pluribus verbis proſequens, ſic inquit: Τὰς δὲ Μούσας ἃς Ἀλκμανδρος, Διὸς καὶ Μνημοσυνης γενεαλογεῖ, καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ, καὶ συγγραφεῖς ἐκθειάζουσι καὶ σέβουσιν. ἤδη δὲ καὶ ὅλαι πόλεις μουσεῖα μὲν ἵδρυσιν αὐταῖς

αὐταῖς μούσαις, οὔσας θεραπαινίδας ταύτας, ἐώνηται Μεγακλὼ ἡ θυγατὴρ Μάκαρος· ὁ δὲ Μάκαρ Λεσβίων μὲν ἐβασίλευεν. διεφέρετο δὲ ἀεὶ πρὸς τὴν γυναῖκα· ἠγανάκτει δὲ ἡ Μεγακλὼ ὑπὲρ τῆς μητρός. τί δ' οὐκ ἔμελλε. καὶ μούσας θεραπαινίδας ταύτας, τοσαύτας τὸν ἀριθμὸν ὠνεῖται, καὶ καλεῖ μύσας, κατὰ τὴν διάλεκτον τὴν Αἰολέων. ταύτας ἐδιδάξατο ᾄδειν καὶ κιθαρίζειν τὰς πράξεις τὰς παλαιὰς ἐμμελῶς· αἱ δὲ, συνεχὲς κιθαρίζουσαι, καὶ καλῶς καταπᾴδουσαι, τὸν μάκαρα ἔθελγον, καὶ κατέπαυον τῆς ὀργῆς, οὗ δὴ χάριν ἡ Μεγακλὼ, χαριστήριον αὐταῖς ὑπὲρ τῆς μητρὸς, ἀνέθηκε στήλας χαλκᾶς, καὶ ἀνὰ πάντα ἐκέλευσε τιμᾶσθαι τὰ ἱερά: καὶ αἱ μὲν μοῦσαι, τοιαῖδε· ἡ δὲ ἱστορία παρὰ μυρσίλῳ τῷ Λεσβίῳ.

Aristotelis locus contra quorundam neotericorum interpretū opinionem illustratus.

CAP. II.

DVOBVS *ab hinc annis, plus aut minus, cùm Lutetiæ Parisiorū agens Dionysium Lambinū virū doctissimū, & linguæ Græcæ professorem regium, Ethicorū libros Aristotelis, magno cum plausu & frequenti auditorio interpretantē audirem, memini me illum cùm ad hūc Aristotelis locū ventū esset, qui est lib. 6. cap. 6.* Εἶδος μὲν οὖν τί ἂν εἴη γνώσεως ὡς τὸ αὑτὸν εἰδέναι, ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν. καὶ δοκεῖ ὁ τὰ περὶ αὑτὸν εἰδὼς καὶ διατρίβων, φρόνιμος εἶναι· οἱ δὲ πολιτικοὶ πολυπράγμονες. διὸ καὶ Εὐριπίδης,

Πῶς

Πῶς δ' ἂν φρονοίην ὧ παρὸν ἀπραγμόνως
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ,
Ἴσον μεταχεῖν.
Τοὺς γὰρ περισσοὺς καὶ τί πράσσοντας πλέον

audire dicere, post hæc verba, καὶ τί πράσσοντας πλέον, *aliquid desiderari, idcirco textui addendum* Ζεὺς μισεῖ, *quod ipsum & translatio eius satis testatur, quæ sic habet:*

Præstantiores namque & eos qui pluribus
Se rebus applicant, malè odit Iupiter.

Sed vt dicam quod sentiam, illos longè magis odit Iupiter, qui quiduis detrahere & addere antiquis & classicis scriptoribus audent, & falsa pro veris nobis obtrudere, quàm eos qui pluribus se rebus applicāt. Vt enim omittā Aristotelis hoc pacto sententiam inuerti, quid Euripides dicit, qui nunquā tale quippiam se vel somniasse fatebitur, & vt vno verbo dicam, nihil tam contrarium, nihil tam pugnans Euripidis sensui excogitari potest, quàm quod hîc ab homine alioqui extra controuersiam doctissimo excogitatum est. Euripides enim diceret se hoc pacto scripsisse:

Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν. *vt nos*

apud Stobæum citatum inuenimus. Et si quis fortè Stobæo fidem nō habeat, vtpote in quo multa confusa & mixta sint, quiq; hos Menandro tribuit falsò; saltem Dioni Chrysostomo fidem non derogabit, qui

hunc locum sic per paraphrasim est æmulatus, in Philoctete suo. Καί τοι ποία τίς ἡ τοιαύτη σοφία καὶ φρόνησις, δι' ἣν τὶς ἀναγκάζεται πλείω τῶν ἄλλων πονεῖν, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης. ἐξὸν ἕνα δοκοῦντα τοῦ πλήθους, μηδενὸς ἔλαττον ἐν τούτοις ἔχειν τῶν ἀρίστων. ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν εὑρεῖν οὕτω μεγαλόφρονα καὶ φιλότιμον· ὅτι οὖν, ὃς ἀνὴρ πέφυκε. τοὺς γὰρ φανερούς, καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας, σχεδὸν τούτους ἅπαντας θαυμάζομεν, καὶ τῷ ὄντι ἄνδρας ἡγούμεθα. *Sunt autem hi versus ab Vlysse & non à Philoctete, vt existimat Donatus Acciaiolus, prolati, cuius hæc sunt verba ad hunc Aristotelis locum. Et ad hanc vulgi opinionem probandam adfert auctoritatem Euripidis, qui inducit Philoctetem quendam respondentem cuidam qui cùm interrogabat, quo nam pacto fuisset deceptus à Pyrrho cùm esset prudens : & Philoctetes respondet, quonam modo ego sum prudens : cùm mihi liceret. Esse autem hoc totum falsum & commentitium, vel vnius Dionis Chrysostomi testimonio facilè peruincam. Qui in oratione quadam quæ inscribitur :* Περὶ Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου, ἢ περὶ τῶν Φιλοκτήτου τόξων : *sic inquit,* ἥτε τοῦ Εὐριπίδου συνέσις καὶ περὶ πάντα ἐπιμέλεια ὥστε μήτε ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον ἐᾶσαι· μήτε ἁπλῶς τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐν τῷ εἰπεῖν δυνάμεως. ὥσπερ ἀντίστροφός ἐστι τῇ τοῦ Αἰσχύλου πολιτικωτάτῃ καὶ ῥητορικωτάτῃ οὖσα.

καὶ τοῖς

καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι πλείστην ὠφέλειαν παρασχεῖν δυναμένη. εὐθὺς γοῦν πεποίηται προλογίζων αὐτὸν Ὀδυσσεύς. καὶ ἄλλα τί ἐνθυμήματα πολιτικὰ στρέφων ἐν ἑαυτῷ. καὶ πρῶτόν γε διαπορῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, μὴ ἄρα δοκεῖ μὲν τοῖς πολλοῖς σοφός τις εἶναι καὶ διαφέρειν τὴν σύνεσιν· ἢ δὲ τοὐναντίον, ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀλύπως καὶ ἀπραγμόνως ζῆν. ὁ δὲ, ἑκὼν ἀεὶ ἐν πράγμασι καὶ κινδύνοις γίνεται. τούτου δέ φασιν αἴτιον εἶναι, τὴν τῶν εὐφυῶν καὶ γενναίων ἀνδρῶν φιλοτιμίαν. δόξης γὰρ ἀγαθῆς ἐφιέμενοι, καὶ τοῦ εὐκλεεῖς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι, μεγίστους καὶ χαλεπωτάτους ἑκόντες πόνους ὑφίστανται. οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ εὐφυής. *Idem etiam testatur Sophoclis Scholiastes in initio Philoctetes, cùm inquit:* καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει ὁ Ὀδυσσεὺς, καθάπερ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ. ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν. οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρειςάγων, διὰ τούτου πάντα οἰκονομεῖ. *Sed iam ad Aristotelem reuertamur. Ille itaque volens ostendere differentiam eius qui in se est prudens, & qui ciuilis, vnicuique horum, inquit, & cognitionem esse & prudentiam, sed habere non paruam inter se diuersitatem, licet genere fortasse eadem sint, adeò vt qui sua ipsius bona cognoscit, in ipsisq; versatur, prudẽs, ciuilis autem nõ prudens, sed negotiosus & curiosus esse videatur, quippe qui ea quæ aliena sunt, prætérque suam vtilitatem, inquirit. Et ad hoc magis confirmandum*

mandū hos Euripidis versus adducit, ex Philoctete, in quibus Vlysses dicit se minimè esse sapientē, vtpote non sua tantùm curantem, cùm tamen hoc illi liceret, sed potius contrarium, id est, ciuilem & curiosum. Vltimus autem versus, qui est

Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον,

ad Aristotelis sententiam confirmandam nihil facit, idcircoq. etiam imperfectum illum reliquisse videri potest.

Porrò Quirites quid significet. deque eo Donatus in Terentiū emendatus. item Apulei locus quidam ex libro de Mundo nitori suo restitutus.

CAP. III.

ELEGANTI *admodum & peruenusta loquendi formula vsos fuisse veteres, cùm in extrema calamitate constituti populi opem & auxilium implorare vellent: (quemadmodum illa mulier apud Comicū, Adeste populares, ferte auxilium, inopi subuenite) vt clamarent Porrò Quirites; doctissimè ab Adriano Turnebo memoriæ proditum est, quod ipsum nos tribus insuper adductis locis, ex antiquis scriptoribus cōfirmare conabimur. Primùm itaq. Apuleius nō cōtemnendus antiquitatis auctor, lib. 8. de Asino aureo: Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, Porrò Quirites, proclamare gestiui,*

sed

ſed viduatum cæteris ſyllabis & litteris, vbi tamen interpres ignorans quid eſſet, Porrò Quirites, inquit, lego Proh Quirites, vt ſit vox exclamantis Quirites, ſicut dicitur, Proh Iupiter, vel potius emenda O Quirites, ſubſequitur enim auditū eſſe O tantum. Hæc ille. Secundo in Mimis Laberianis, hoc modo:

Porrò Quirites libertatem amiſimus.

Ad extremum reperitur hæc loquendi formula etiam apud Donatum interpretem Terentij (ſed nō niſi ex coniectura) in Andria Act. 3. Scen. 4. Porrò] in futurum, deinceps, temporis Aduerbium, vel adhortantis, vt Porrò Q. Q.que, vbi non dubitem legendum pro primo Q. Quirites. iudicent doctiores, & ſimul excogitent & exquirant quid ſequens Q. ſibi velit. Poſtquam paulò antè in Apulei mentionem incidimus, eius etiam locū quendam ex libro de Mundo emendare conabimur. Apulei verba hæc ſunt: In Occidentis plagas ſcaturigines quaſdam & proluuiones eaſdem ſtrages dederunt: ſic ex Aetnæ verticibus quondam effuſis crateribus diuino modo per decliuia currentis vice flammarum flumina cucurrerunt, in quo periculi vertice egregium pietatis meritum fuiſſe cognouimus. Quo in loco libenter ſic legerim, per decliuia, torrentis vice flammarum flumina, longè melius, & concinnius, atq. ita etiam ſcripſiſſe Apuleium non eſt dubium, cùm apud Ariſtotelem (vnde

hunc

hunc librum magna ex parte est mutuatus) in libro de Mundo sic legatur. Eius verba hac sunt : αἱ δὲ πρὸς ἑσπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι, καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπερ τῆς ἐν Αἴτνῃ κρατῆρες ἀναρραγέντων, καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων χειμάρρου δίκην.

Theophili ad Autolycum locus restitutus.

CAP. IIII.

THEOPHILVS *Antiochensis tres scripsit libros ad Autolycum, multa & varia eruditione refertos, quibus illum ab idololatrica & Ethnica superstitione ad veram & sinceram Dei religionem .i. Christianismum deducere & conuertere conatur . in quorum secundo macula non leuis hactenus insedit, quam iam nos partim cõiectura, partim ope manuscripti & antiqui codicis, eluere conabimur . Itaque Theophilus volens ostendere eos qui mala ac scelerata facerent ac perpetrarent, malè etiam tandem puniri ; cumq; ea de re multos poetarum versus adduxisset, tandem & sic inquit :* καὶ ὅτι ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐφορᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει, μακρόθυμος δὲ ὢν ἀνέχεται ἕως οὗ μέλλει κρίνειν, καὶ περὶ τούτου Διόνυσος εἴρηκεν·

Ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἡσύχου
Λεύσσων προσώπῳ παντὸς ὁμόσαι εἰ βλέπει.

Quos versus sic transtulit interpres : Iustitiæ oculus placida forma veniens, vt fax splendens, quàm

proximè accedet, vt videat. Quis nō videt mendū, & hoc quidem grauissimū his versibus subesse? nam seruata antiqua lectione, nullum commodū sensum inde elicere poterimus. Nos itaq. hunc locum sic autori suo restituendū putamus, vt pro παντὸς ὁμόσαι εἰ βλέπει, *legamus*, -- πάνθ' ὁμαλῶς αἰεὶ βλέπει. *Quis iam non videt hanc lectionem longè esse meliorē & concinniorem, imò etiam necessariam. & nullus credo sanæ mentis huic nostræ emendationi refragabitur.*

Tertulliani loca duo illuſtrata.

CAP. V.

TERTVLLIANVS *antiquus & eruditus cumprimis Theologus, in lib. De cultu fœminarū, sic inquit: Quāquam & aurū ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidā genti ad vincula seruire referūt gentiliū literæ. & in lib. De habitu muliebri: Apud barbaros quosdā, quibus vernaculū est aurum & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, & diuitiis malos onerāt, tanto locupletiores, quāto nocētiores. Ad quem locū sic interpres: Apud barbaros illos diuitiæ præmiū sunt improbitatis, vt quāto quisq. est sceleratissimus, tāto sit omniū ditissimus. Apud quos autē populos hæc sit cōsuetudo, nō dicit Tertullianus, nec eius interpres. Sciendū itaq. apud Aethiopes hūc morē esse, idq; cùm multis testibus probare possē, vno atq. item altero contentus ero. Quorum primus erit Plutarchus, qui sic inquit in Erotico:* Κἂν μὴ ὦσι

χρυσαῖς

χρυσαῖς ὥσπερ ἐν αἰθιοπίᾳ πέδαις; δέδεσθαι βέλτιον, ἢ πλούτῳ γυναικός. *Et Dion Chrysostomus in oratione* περὶ πλούτου, *cùm inquit:* εἰ δὲ ὠφελεῖ τὸ κεκτῆσθαι χρυσίον, οὐδὲν ἐκώλυεν Αἰθίοπας τοὺς ἄνω μακαριωτάτους εἶναι δοκεῖν. ὅπου τὸ χρυσίον ἀτιμότερον, ἢ παρ' ἡμῖν ὁ μόλυβδος, καὶ φασὶν αὐτόθι τοὺς κακούργους ἐν παχείαις δεδέσθαι πέδαις, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν εἰσι δεσμῶται καὶ πονηροὶ, καὶ ἄδικοι· τὸ δὲ μακαρίζειν τοὺς πλουσίους, καὶ πολλὰ χρήματα ἔχοντας, τὰ δὲ ἄλλα μηδὲν διαφέροντας τῶν πάνυ φαύλων. ὅμοιον εἴ τις τοὺς ἐκεῖ δεσμώτας προσιόντας ἰδὼν ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἐζήλου, καὶ πάντων εὐδαιμονέστατον ἔκρινε τὸν ἔχοντα τὰς μείζους πέδας. *Et quia iã in Tertulliani mentionẽ incidi, nõ possum quin & aliũ eiusdẽ auctoris locũ illustrẽ, præsertim cùm & hic ex Græcorũ fontibus manarit. In libro itaq. De anima, vbi de Hegemonico, an sit, et vbi sit, disputat, sic inquit: Nec in superciliorũ meditullio, vt Strato Physicus, nec in tota lorica pectoris, vt Epicurus, sed quod et Aegyptij renunciauerũt ei, qui diuinarũ cõmentatores videbãtur, & ille vers[illegible] Orphei vel Empedoclis: Namq. hominis sanguis circũcordialis est sensus. Etiã Protagoras, etiã Apollodorus & Chrysippus hæc sapiũt. hæc ille. Cùm autẽ Empedoclis scripta iã vetustate & hominũ negligentia perierint, non iniucundũ fore arbitror, si Græcũ eius versum, quo hanc sententiam expreßit, apposuero, inuentum à me apud Etymologici auctorem. Versus Empedoclis ibi sic legitur:*

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιόν ἐστι νόημα.
Postea autem quàm in hunc Etymologici locũ incideram, inueni integrum Empedoclis locum citatum à Porphyrio in libro De Styge, qui adducitur à Stobæo in Physicis.

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένου ἀντιθρῶντος
Τῆ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν.
Αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Huius Empedoclis opinionis meminit & Cicero in Tusculanis, cùm inquit: Empedocles animum esse censet cordi circumfusum sanguinem. Et eodem libro: Horum igitur aliquid animus, ne tam vegeta mens, aut in corde cerebróve, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat.

Diogenis Laertij locus vnus, & item alter examinatus & emendatus.

CAP. VI.

NON *possum quin & Laertij locum aliquem in medium proferam, in quo emendando multi magni nominis viri, frustra (quod tamen pace illorum dixerim) desudarunt. Verba Laertij in vita Hipparchiæ hæc sunt:* ἀλλ᾽ οὔτε κατεπλάγη ἡ Ἱππαρχία, οὔτε διεξεφάχθη ὡς γυνὴ, ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ τίς τὰς παρ᾽ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας. *Hoc in loco magnopere, vt dixi, desudarunt docti, nec veram illius loci lectionem inuenire potuerunt.*

quidam

quidam enim volunt legere τίνι, *quidam* τήνη, *quidam* τίνη, *alij* γυνή, *nullus bene, nec quisquam eorũ ad rectum scopum collimare potuit. Quia autem videor mihi veram huius loci lectionem inuenisse ex vestigiis antiqui codicis, quæ protulit vir doctissimus beneq́ de litteris meritus Ioannes Sambucus, margini addens* αυτησιν τας *sine accentibus, nolo eam celare, sed omnibus patefacere. Quare sic legendum puto,* ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, αὕτη ’στὶν

ἡ τὰς παρ’ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας.

Et est versus Euripidis in Bacchis, vbi sic loquitur nuncius,

Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι,
Πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ,
Θνητῶν, ἁπάσας εἶπον. ἐξόχως δ’ ἐμὲ,
ἡ τὰς παρ’ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας,
Εἰς μείζον’ ἥκω θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν.

Atque hanc nostram cõiecturam comprobat etiam Suidas in dictione Θεόδωρος, *cùm inter cetera sic inquit:* ὅτε εἶπε πρὸς Ἱππαρχίαν τὴν γυναῖκα Κράτητος αὕτη ’στὶν ἡ τὰς πρὸς ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, καὶ τρίβωνα φοροῦσα. *Apud eundem Laertium in vita Arcesilai citantur hi duo Timonis versus:*

τῇ γὰρ ἔχων μόλυβδος ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον
θήσετ’, ἢ Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ Διόδωρον.

Quo in versu illud θήσεται *mendosum esse opinor, alibi autem apud Eusebium, vbi etiam hi versus*

 citantur,

citantur, pro θήσεται, *legitur* θεύσεται, *nec hoc bene, sed inde colligo rectissimè hîc legi posse*, ψεύσεται, *id est, mentitur, & imitatur Pyrrhonem & Diodorū. Idem in vita Pyrrhonis hos versus nomine Euripidis in medium adducit:*

Τί δῆτα τούτους τοὺς ταλαιπώρους φρονεῖν
Βροτοὺς λέγουσι; οὐ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμεν τοιαῦτ' ἂν εὖγε τυγχάνης θέλων.

Quos hoc pacto restituendos censuit Henricus Stephanus:

Τί δῆτα τούτους τοὺς ταλαιπώρους φρονεῖν
Βροτοὺς λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα
Δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἃ σύ γε τυγχάνεις θέλων.

Ego autem (quod pace tanti viri dixerim) sic eos ut apud Euripidem leguntur, (quod ipse ignorasse videtur) legendum existimo. Apud illum itaque in Supplicibus hoc modo leguntur.

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα
Δρῶμέν τε τοιαῦτ'. ἂν σὺ τυγχάνης θέλων.

In Minutio Fœlice menda quædam sublata.

CAP. VII.

MINVTIVS *Fœlix in Dialogo, qui Octauius inscribitur, de Dei summa potentia agens, inter cætera sic inquit: Hic nec videri potest, visu clarior est, nec comprehendi potest, nec æstimari sen-*

sensibus maior est. Hic aliquid, post illa verba, Nec comprehendi potest, desiderari, quilibet facilè potest animaduertere. Nos itaque hunc locum sic legendum putamus, vt in antiquo manu exarato codice scriptum inuenimus. Nec comprehendi potest, tactu purior est, nec æstimari, sensibus maior est. Et alio loco de Dæmonibus agens: Sic à cælo deorsum grauant, & à Deo vero ad materias auocant, vitam turbant, omnes inquietant, irrepentes etiam corporibus occultè vt spiritus &c. In manuscripto codice cuius modò memini, legitur pro, omnes inquietant, somnos inquietant, & rectius quidem, meo iudicio. Et alio loco infrà De suppliciis Christianorum disserens, inquit: Et quot ex nostris non dexteram solùm, sed totum corpus vri, cremari, sine vllis eiulatibus pertulerunt: cùm dimitti præsertim haberēt in sua potestate. Viros cum Mutio, vel cum Aquilio aut Regulo comparo &c. Hoc loco Franciscus Balduinus Iureconsf. doctissimus pro, cum Aquilio aut Regulo, legit, inq; contextum admisit, cum Atilio Regulo. Sed hac in parte illi (quod tamē pace tanti viri dixerim) non assentior. Ego enim vulgatam & receptam lectionem retinendam esse censeo. nec causam video, quare reyci debeat. Aquilij enim etiam meminit Arnobius libro primo, hoc modo: Innumerabiles alij gloria & virtute, & existimatione pollentes, acerbissimarum mortium experti sunt formas, vt Aquilius, Trebonius, Regulus, & c.

In Athenæo lacuna quædam suppleta.

CAP. VIII.

NON *possum præterire, quin & Athenæum nunc in medium vocem, inq́ eo locum quendam mutilum, insigniterq́ deturpatum, ope manuscripti codicis, nitori ac integritati suæ restituam. Athenæi autem verba libro 9. circa initium ferè, hæc sunt:* Σιωπῶντες οὖν τοῦ Οὐλπιανοῦ, ἀλλὰ ἐγὼ φησὶν ὁ Λεωνίδης, εἰπεῖν εἰμὶ δίκαιος πολλὰ ἤδη σιωπήσας

Πολλοῖς δ' ἀντιλέγειν ÷ ÷ ÷
÷ ÷ ÷ οὐκ ἔτι τοῦτο ἐθέλω
Καὶ πρὸς μὲν τούτοις ἀρκεῖ λόγος εἷς ὁ παλαιὸς,
Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ τάδε.
τοὺς ξυνετοὺς δ' ἄν τις πείσειε τάχιστα λέγων εὖ,
Οἵπερ καὶ ῥάστης εἰσὶ διδασκαλίας.

In veteri manuscripto codice hic locus longè aliter legitur, sed mendosè tamen, hoc pacto, πολλοῖς δ' ἀντιλέγειν κατὰ τὸ παρόνον, ἐνλωον ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως, ὀρθῶς ἀντιλέγειν οὐκ ἔτι τοῦτο ἐθέλω. *Nos autem ex vestigiis antiquæ scripturæ hunc locum sic restituendum ac emendandum putamus:*

Πολλοῖς δ' ἀντιλέγειν (κατὰ τὸ πάρεον δύνηνον) ἔθος
περὶ παντὸς ὁμοίως,
ὀρθῶς ἀντιλέγειν, οὐκ ἔτι τοῦτο ἐθέλω.

Esse autem hos versus Eueni Parij, vel ex ipso Athenæo satis constabit, si quis singula diligenter inter se conferat. is enim libro decimo hunc quartum

versum

versum ex Eueno citat, hoc modo, licet paulò aliter ibi legatur, Ἀκούσεται γὰρ κατὰ τὸν Εὔηνον

Σοὶ μὲν τάδε δοκοῦντ' ἔστιν, ἀλλ' ἐμοὶ τάδε.

Priores quatuor versus Eueni, quod propemodum præterieram, citantur etiam à Stobæo, sed apud illum paulò melius ac emendatius leguntur, hoc modo:

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως
ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ λόγος ὡς ὁ παλαιός,
Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Plauti locus correctus in Milite glorioso, & alter in Bacchidibus illustratus.

CAP. IX.

NON *est quod quisquam nobis vitio vertat, si Plautino loco à multis præclaris viris in dubium vocato, nostram etiam de eo sententiam ac opinionem adduxerimus, in mediumque protulerimus. Plauti locus est in Milite glorioso, vbi vulgo sic legitur.*

Nam ego hanc machæram mihi consolari volo
Ne lamentetur, néve animum despondeat,
Quia se iam pridem feriatam gestitem.
Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus.

Cùm hoc, fractum facere, corruptum esse videret vir doctissimus Ioachimus Camerarius, cui certè plurimum debent Plautinæ linguæ studiosi, censuit legendum, fratrem facere, huiusque lectionis hanc reddit rationem, cùm inquit; Gloriosè nugatur miles,

ensem suum gestire cruentari in hostibus, id est, consanguineum siue ὅμαιμον habere hostem. Dicuntur autem fratres propriè consanguinei, etsi aliorum quoque propinquorum est appellatio hæc, vt popularium in Pœnulo. Hæc ille. Quæ certè lectio Mureto doctißimo non probatur, neq. etiam nobis. Muretus autem pro, fractum, putauit legendũ, farctum, atque ea voce (inquit) farcimen, vt Isicium, aut id genus aliquid crediderim indicari, vt quoniam tales cibi è carnibus minutißimè dissectis confici solent, diceretur machæra gestire hostes ita minutatim concidere, vt ex eis farcimen fieri posset. si quid mihi post tantos viros loci relictum, aliquid etiam quod non omnino abs re esset, afferrem. Non itaque lego cum Camerario, fratrem, neque cum Mureto, farctum, quamuis prior propiùs ad veram lectionem, alter ad verum sensum accesit: sed lego, vestigiis antiquis inhærens, frattem facere, accipiens in ea significatione, qua Muretus, farctum facere. Huius vocabuli in eadem significatione meminit Arnobius libro septimo. In hoc enim diutius loco, huic causæ vel maximè necessario immoramur, insistimus, inhæremus: cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diuersis cum frattibus, confectionis iure multiplici, atque impensarum varietate conditis. Et quia iam in Plauti mentionem incidi, non possum mihi temperare, quin versum quendam, quem ille integrum

de

de Græcorum Comicorum principe Menandro hausit, ex ipsius Bacchidibus proferam. Illic autem Nicobulus sic ad Chrysalum loquitur:

NIC. *Responde quis te vendidit?* CHR. *Quem di diligunt*

Moritur iuuenis. &c. *Quo loco Plautus hunc Menandri versum à multis antiquis philosophis vsurpatum, est æmulatus.*

ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.

In Dione Chrysostomo lacuna suppleta, & alter locus emendatus.

CAP. X.

DION *Chrysostomus Rhetor præstantissimus, oratione tertia de Regno, volens ostendere, quàm magnum & pestiferum sit malum adulatio, inquit:* Πασῶν γὰρ ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κακιῶν, αἰχίστην ἂν εὕροι τὶς τὴν κολακείαν. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ κάλλιστον καὶ δικαιότατον διαφθείρει τὸν ἔπαινον, ὥστε μηκέτι δοκεῖν πιστὸν μὴ δὲ ἀληθὲς γινόμενον, ἤ τοίγε πάντων δεινότατον τὰ τῆς ἀρετῆς ἔπαθλα, τῇ κακίᾳ δίδοασι. ὥστε πολὺ χεῖρον δρῶσι τῶν διαφθειρόντων τὸ νόμισμα, οἱ δὲ τὴν ἀρετὴν ἄπιστον ἐργαζόμενοι. *Quo in loco aliquid subsultare ac deesse, quis est (si quis locum penitius introspiciat) qui nesciat. Ego itaque hunc locum sic restituendum ac supplendum puto, vt in antiquo codice scriptum repperi:*

ὥστε

ὥστε πολὺ χεῖρον δρῶσι τῶν διαφθειρόντων τὸ νόμισμα. οἱ μὲν γὰρ ὕποπτον αὐτὸ ποιοῦσιν, οἱ δὲ τὴν ἀρετὴν ἄπιστον ἐργαζόμενοι. *ut horum posteriorum hic sit sensus: minus eos peccare, qui nummos adulterant, quàm qui adulationibus utũtur. illi enim qui nummos adulterant, quid aliud faciunt, quàm nummos suspectos reddunt: qui autem adulando alios coràm laudant, faciunt virtutem fide carere. Idem in secunda oratione de Regno sic inquit:* ἔτι δὲ οἶμαι τὴν παρακλητικὴν, οἷα τῶν λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνου.

Ἄγετ' ὦ σπάρτας εὐάνδρου
Κοῦροι πρῶτον πολιῆται.
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλλεσθε,
Δόρυ δ' εὐτόλμως βάλλοντες
Μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς,
Οὐ γὰρ πάρι τὰς σπάρτας. *quibus in versibus omnino pro* πρῶτον, πατέρων *legendum est, ut etiam alibi scriptum inueni; & in fine legendum hoc modo:*

Οὐ γὰρ πάτριον τᾶς σπάρτας.

Vnde Capitolium dictum sit.

CAP. XI.

HISTORICI, *ut Plutarchus, Halicarnasseus, Liuius, atque adeò alij qui de antiquitatibus Romanorum scripserunt, vnde Capitolium sit dictũ videntur*

videntur ignoraſſe. Quia autem huius vocabuli ori_i iem ſolus Arnobius non videtur ignoraſſe, eius verba, vt rei tam obſcuræ & ignotæ, lucem quandam afferre poſſim, in medium addacere non grauabor. Arnobij verba hæc ſunt ex libro VI. *Sed quid ego hæc parua? Regnatoris in populi Capitolio quis eſt hominum qui ignoret, Toli eſſe ſepulchrum Vulcentani? Quis eſt, inquam, qui non ſciat, ex fundaminum ſedibus caput hominis euolutum non ante plurimum temporis, aut ſolùm partibus cæteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia ſortitum? Quod ſi planum fieri teſtimoniis poſtulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis & Fabius indicabunt: cuius Tolus fuerit filius, gentis & nationis cuius, vt à germani ſeruulo vita fuerit ſpoliatus & lumine, quid de ſuis commeruerit ciuibus, vt ei ſit abnegata telluris patriæ ſepultura. Condiſcetis etiam (quamuis nolle iſtud publicare ſe fingãt) quid ſit capite reſecto factum, vel in parte qua curioſa fuerit obſcuritate concluſum: vt immobilis videlicet atque fixa obſignati ominis perpetuitas ſtaret. Quod ſi opprimi par eſſet, & vetuſtatis obliteratione celari, compoſitio nominis iecit in medium, & cum ſuis cauſis per data ſibi tempora inextinguibili fecit teſtificatione procedere: nec erubuit ciuitas maxima, & numinum cunctorum cultrix, cùm vocabulum templo daret, ex Toli capite*

Capito-

Capitolium, quàm ex nomine Iouio nuncupare. Hæc ille.

Quòd Pythagorei iis qui defecissent à philosophia, cenotaphia extruebant. & ex eo Nazianzeni locus illustratus. CAP. XII.

INTER *alia præclara & singularia instituta Pythagoricorũ, illud notatu nõ indignũ mihi visum est, quod dicuntur iis qui defecissent à philosophia, & qui temerè eam diuulgassent, cenotaphia tanquã mortuis extruxisse: quod duorũ auctorũ testimonio confirmabo. Origenes itaq. in libro contra Celsum sic inquit: Cæterùm Pythagorei cenotaphia extruebant iis, qui defecissent à philosophia, reflexo cursu ad idioticam vitam, nec ideò deterior habitus est Pythagoras, in doctrina & demonstrationibus, aut eius discipuli. & Clemens libro quinto Stromatũ:* Φασὶ γ' οὖν Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ, διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι τοῖς ψυχικοῖς. *Atq. hãc ob causam Hipparchus etiam grauissimè increpatur à Lyside Pythagorico, in quadam ad eum epistola, quæ etiam num extat, & quam hoc loco integram subijcere nõ grauabor. Lysis Pythagoricus Hipparcho S. Posteaquam ex hominum consortio Pythagoras decessit, nunquam in animum induxi, vt discipulo-*

rum

rum eius congregationem dispersum iri putarem. Quoniam vero præter spem, tanquam à magna naui oneraria, in vasto pelago distracta, alius alio delati disgregatiq́ sunt: pium est, me quoque diuinorum & grauissimorũ eius præceptorum esse memorem, neque profanare aut communia facere sapientiæ dona ÿs, qui ne per somnium quidem mundati sunt animis & purgati. Non enim fas est quibusue offerre quæ tantis laboribus comparata sunt. Non magis quàm duarũ Eleusiniarum Dearũ mysteria profanis exponere. Aeque verò sunt iniusti & impÿ vtrique, hæc qui faciunt. Par est autem reputare animo, quàm longũ tempus ementientes consumpserimus, depellendis maculis quæ pectoribus nostris insederãt: donec quinq. superatis annis disputationũ eius, sermonũq́ capaces euaderemus. Quemadmodũ enim tinctores ea vestimẽta, quæ tincturã accipere debẽt, stringẽdo prius expurgãt, vt indeluibilem tincturã imbibãt, & quæ expurgari nunquã possit: ad eundem modum diuinus vir præparabat eos, qui amore philosophiæ tenerentur, ne fallerentur ab iis, quos bonos honestosq́ futuros esse spem concepisset: non enim adulterinam eruditionem tractabat, nec laqueos quibus Sophistarũ vulgus adolescẽtes implicat, nihil boni aut veri docentes: sed diuinarũ humanarumq́ rerũ scientiam tenebat. Illi verò in prætextum adhibita eius doctrina, multa & mirabilia faciunt, irretitis non ritè ac temerè adolescentibus.

Quæ

Quæ causa est vt difficiles & impudentes efficiant suos auditores. Inculcant enim moribus confusis & turbidis theoremata & orationes liberas. Quemadmodũ si quis in profundum puteum cœno ac luto plenum, infundat puram ac limpidam aquam, & cœnum perturbat, & aquam in nihilũ redigit: eadem etiam eorum, qui sic docent & docentur, est ratio. Densi enim & profundi cespites circa mentem & cor eorum, qui non purè initiantur, innati sunt, quibus omnis mansuetudo ac ratio obscuratur, quantumuis in conspectu quidem & foris aucta: ac subeunt hunc cumulum omnis generis malitiæ excrescentes & impedientes, neque sinentes prospicere rationem. Nominabo autem primùm matres earum recensens, intemperantiam & auaritiam. Ambæ verò sunt fœcundissimæ. Ex intemperantia igitur progerminant scelera, temulentiæ, ac preditiones, & abhorrentes à natura voluptates, atque impetus quidam vehementiores, ad mortem & præcipitia impellentes. Iam enim quibusdam vim etiam intulerunt libidines, vt neque à matribus, neque à filiabus abstinerent: & violantes legem, patrem, ciuitatem atque regem, & educentes cubitos quasi captiuos ad extremum exitium per vim & violentiam rapiunt. Ex auaritia verò progignuntur rapinæ, parricidia, sacrilegia, venenorum grassationes, & quæcunque horum sunt affinia. Oportet igitur primùm syluas, in quibus hi

affectus

affectibus nutriuntur, igni, ferro, ac omnibus instrumentis expurgare. Et rationem ab his affectibus vindicare, ac tum demum boni aliquid inserere atque tradere. Quæ didicisti quidem summo studio, at non exercitus es, o præclare, postquam Siculas lautitias degustasti, à quibus te vinci ac superari non oportebat. Multi vero dicunt publicè te etiam philosophari, id quod facere Pythagoras auersatus est, qui Damæ filiæ suæ propositis monumentis ac præceptis, ea cuiquam extra familiam tradere vetuit. Illa vero cum multis pecuniis vendere huiusmodi libros posset, noluit, sed egestatem ac parentis mandatum omni auro potius esse atque antiquius iudicauit. Aiunt autem eandem morituram, Bistaliæ filiæ suæ hoc idem præceptum dedisse. At nos cum simus viri, non rectè nos erga illum gerimus, sed conuentorum sumus transgressores. Si igitur mutatus fueris, gratulabor; sin minus, iam tum obijsse mihi videberis. Hactenus ille. Quæ certè multum lucis allatura spero his Nazianzeni verbis in quadam epistola, vbi sic inquit: κοῦφον τὸ πᾶν ἐξεδῆς. εἰ μὲν οὖν μεταβάλλοιο, ἀλλὰ νῦν χαιρήσομαι, τὸ Πυθαγορικῶν ἔφη τις φιλοσόφων ἑταῖρον ἐκπεπτωκότα θρηνῶν. εἰ δὲ μὴ, ἐκεῖνος μὲν ἔγραψε, τέθνηκας μοι. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐρῶ, τὴν χάριν ἔτι. Alludit autem hoc loco ad finem Lysidis epistolæ, quod miror à nemine interpretum obseruatum.

Apulei locus in libro De dogmate Platonis, eleganti coniectura emendatus.

CAP. XIII.

LICET *Apuleianam lectionẽ quidam magni nominis viri tanto supercilio & fastu cotemnat ac reyciat, vt inutilẽ ac infrugiferam: illorũ tamẽ auctoritas tanti apud me non est, vt hac in parte illis assentiar, imò contrà omnino, eius lectionẽ litteratis omnibus et antiquitatis studiosis vtilem esse, ac omnino pernecessariam, existimo. Sed quia eius libri quàm pluribus mendis (quibus obscurior multo & intricatior redditur, licet alioqui satis obscurus & intricatus per se) sunt referti, fit vt pauci eius lectione delectẽtur, ex eaq́; aliquẽ fructũ haurire possint. Monstrosè autẽ hũc auctorẽ deprauatũ esse vno loco in medium prolato, iam planũ faciam, quem ita, vt spero, ex coniectura restituam, vt nullus dubitaturus sit, quin hunc locum genuino suo nitori restituerim. Locus est in libro De dogmate Platonis, vbi inter cætera sic inquit de Platone. Talis igitur ac de talibus Plato, non solùm Heroum virtutibus præstitit, verùm etiam æquiparauit diuum potestatibus. Nam Speusippus domesticis instructus documentis, pueri eius in ære partiendo ingeniũ, & admirandæ verecundiæ indolem laudat, & pubescentis primitias labore atque amore studendi imbutas refert, & in viro harum incrementa virtutum & cæterarũ conse-*

conuenisse testatur. Hæc ille. *Quo in loco quod dicit, pueri eius in ære partiendo ingenium, mendosum esse opinor. quid enim hoc sibi velit, difficile esset alicui diuinare, quandoquidem nusquam legatur de Platonis ingenio in ære partiendo. legimus quidem illum picturæ non aspernatum artem, vt idem paulo infrà testatur, sed hoc nihil ad rem præsentem. Quare vt paucis agam, sic hic locus minima mutatione est restituendus: nam Speusippus domesticis instructus documentis, pueri eius acre in partiendo ingenium, & admirandæ verecundiæ indolem laudat, &c. Quis iam non videt, hunc esse veram & apertam huius loci lectionem: de qua qui dubitabit, eundem meridie dubitare an lux sit, iubebo.*

Stobæus à macula vindicatus.

CAP. XIIII.

STOBÆVS *sermone* CXIX. *hos Aeschyli versus elegantes, sed mirum in modum corruptos & deprauatos in medium adducit:*

Ω θάνατε ποιὰν μὴ μ' ἀπιμάσῃς μολεῖν.
Μόνος εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἰατρὸς,
Ἄλγος δὲ οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν.

quos sic vertit Gesnerus:

O mors, ne quæso patiar repulsam quo minus ad te veniam,

Tu sola malis incurabilibus mederis,
Et nullus dolor sequitur mortuos.

Ego primum versum ex coniectura sic restituendum puto,

Ὦ θάνατε παιὰν μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν.

& sequentes duos versus hoc pacto distinguendos,

Μόνος εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
Ἰατρός. ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν. *post* μόνος *autē dees.* γὰρ, *vel tale quid, vt hic sit sensus:*

O mors pæan ne ad me venire dedigneris,
Tu enim sola malis incurabilibus
Mederis: nam mortuos nulla attingit miseria.

Sic enim melius omnia coharent, & parua est mutatio de πίαν *in* παιάν. *Simile quiddam legitur & apud Plutarchum in Consolatione ad Apollonium:*

Τοῦτον γὰρ ἀπεμιμήσατο καὶ ὁ εἰπών
Ὦ θάνατε παιὰν ἰατρὸς μόλοις
Λιμὴν γὰρ ἀΐδας ἀνιᾶν.

Videntur autem verba esse Philoctetis mortem inuocantis, vt colligere est ex Maximo Tyrio Orat. vltima. vbi sic inquit: ὦ πούς, ἀφήσω σε, ὁ Φιλοκτήτης λέγει· ἀρθρεπτε ἄφες, καὶ μὴ βόα, μηδὲ λοιδορεῖ τοῖς φιλτάτοις, μηδὲ ἐνόχλει τὴν λημνίων γῆν. ὦ θάνατε παιάν. εἰ μὲν ταῦτα λέγεις ἀλλαττόμενος κακὸν κακοῦ, οὐκ ἀποδέχομαι τῆς εὐχῆς. εἰ δ' ἡγῇ τῷ ὄντι τὸν θάνατον παιᾶνα εἶναι καὶ ἀπαλλακτὴν κακοῦ καὶ ἀπλήστου καὶ νοσηροῦ θρέμματος, ἡγῇ καλῶς. εὔχου καὶ κάλει τὸν παιᾶνα.

Confir-

Confirmatum auctoritate Græci & Latini scriptoris, quod Cicero ex Chrysippo refert de Chiorum lapicidinis.

CAP. XV.

MIRVM *est quod refert ex Chrysippo Cicero, in lib. 1. Diuinationum, de Chiorum lapicidinis, cum sic inquit: Fingebat Carneades in Chiorũ lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci. Credo aliquam non dissimilem figuram, sed certè non talem, vt eam factam a Scopa diceres. Hæc ille. nec mirum solum, imò etiam incredibile propemodum videretur, nisi simile ac planè idem etiam de Pariorum lapicidinis, ab aliis auctoribus, narraretur. Sed quia ea testimonia non vbique sunt obuia, ego quæ multa lectione obseruaui, hic subiciam. Facit itaque huius miraculi mentionem Origenes, in libro qui Philosophoumenon inscribitur, cum inquit: Xenophanes Colophonius Orthomeni filius, omnium rerum incomprehensibilitatem esse dixit, & Solem ex paruis igniculis coaluisse, & quotidie fieri, & terram esse infinitam, & neque ab aere, neq. à cælo contineri, infinitosq. Soles & Lunas ex terra fieri. Salsuginem quoque maris fieri ex mixtiore terræ existimauit, idq. ea ratione colligebat, quòd in medio terræ & in montibus concharum testæ inueniantur, & in lapicidinis, quæ sunt prope Syracusas, inuentæ essent aliquando piscium & phocarum figuræ. In Paro quoque insula lauri imago in profundissi-*

fundissima marmoris vena. Huius rei meminit & Plinius in Naturali sua historia, cùm inquit: Mirabile illud in Pariorum lapicidinis proditum est, gleba lapidis vnius cuneis diuidentium soluta, imaginem intus Sileni extitisse.

Plutarchi dictionis origo, duobus in locis indicata.

CAP. XVI.

PLVTARCHI *scripta pro dignitate ac merito suo nemo satis laudare atque extollere possit, ita omnem scientiam atque eruditionem suis ille libris complexus est, adeò vt si quis eius scripta diligenti lectione euoluerit, non dubium fore existimem, quin omnia ei sint adfutura, quæ in homine præcipuè politico requiri possunt. Nam ex ipsius Plutarchi lectione facile videre est, illum omnium Philosophorum, Historicorum, Medicorum, & Poëtarum scripta diligenter legisse ac examinasse. & licet sæpissimè eorum nomina in medium non adducat; tamen diligentius singula perpendenti, facile est agnoscere, disiecti (vt inquit ille) membra poëtæ, nec poetarum solùm, sed etiam philosophorum, & aliorum historicorum. Quod nos iam duobus exemplis in medium prolatis, probare conabimur. Itaque in libro* περὶ εὐθυμίας, *volens declarare atque describere, quantopere nimia cibi & potus ingurgitatio animum lædat, hac vtitur sententia:*

καὶ μὴν

καὶ ψυχὴν οἷός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις, σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιεῖσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δ' ἀσθενῆ. & similiter in libro περὶ σαρκοφαγίας, de eadem re agens, eadem vtatur sententia. Quam Clemens libro 7. Stromatum Androcydis esse testatur, his verbis: Οἶνος γὰρ, φησὶν Ἀνδροκύδης, καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις, σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεστέραν. Ad hunc locum videtur etiam allusisse Plato Philosophus, statim in initio Axiochi, cum inquit: ἤδη μὲν συνειλεγμένον ταῖς ὥραις καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχὴν, πάνυ ἐνδεᾶ παραμυθίας. Sed iam ad Plutarchum reuertamur. Is itaque in Consolatoria ad Apollonium statim ferè in initio sic inquit: πολλῶν γὰρ ὄντων ψυχικῶν παθῶν, ἡ λύπη χαλεπωτάτη πέφυκεν εἶναι πάντων· διὰ λύπην γάρ φασι καὶ μανίαν γίνεσθαι πολλοῖς, καὶ νοσήματα οὐκ ἰάσιμα, αὑτοὺς τ' ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινες. Quo loco, quod à nemine interpretum obseruatum est, videtur ad hos Menandri versus, qui à Stobæo citantur, allusisse. Versus Comici sic se habent:

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν
Λύπη. διὰ λύπης καὶ μανία γὰρ γίνεται
Πολλοῖσι, καὶ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα·
Αὑτούς τ' ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινὲς
Ἐὰν τὸ λυποῦν πλεῖον, ἢ τὸ σῶζον ᾖ.

Ocelli Lucani nomen apud Censorinum emendatum.

CAP. XVII.

LICET *propria nomina in antiquis scriptoribus maximè esse corrupta & vitiosa, multis exemplis in medium prolatis, ex diuersis auctoribus, iam alij planum fecerunt: non possum quin etiam egregio exemplo illorum opinionem confirmem & consolidem. Apud Censorinum itaque in libro De natali die cap. 3. sic habetur: Sed prior illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Cereum Lucanum, & Architam Tarentinum. vbi Cereum Lucanum, corruptum est, legendumq́ Ocellum Lucanum. Nec hoc solum nomē corruptè legitur apud Censorinum, sed etiam apud Diogenem Laertium in vita Architæ, vbi adducitur epistola Architæ ad Platonem.* περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες ϗ ἀνήλθομες ὡς λευκανώς, ϗ ἐνετύχομες τοῖς ὀ κέλω ἐγγόνοις. *quem locū rectissimè nuper in sua editione Henricus Stephanus Typographus doctissimus, emendauit, hoc modo legendo,* τοῖς ὀκέλλω. *Nec secus etiam apud Sextum Empiricum, in libro contra Mathematicos, vbi in manuscripto, vt ipse testatur, hoc nomen mendosè legitur, hoc pacto,* ὁ ἤκελος *pro* ὄκελλος. *Huius Ocelli nomen etiam corruptum esse videtur apud Proclum Timæi Platonis interpretem, cùm sic inquit:* ἄλλοι δέ τινες ὡς

οἱ περὶ

ὁ περὶ Ὀκκέλου τὸν τοῦ Τιμαίου προσοδον. ibi vocabulum Ὀκκελον, *asterisco signo, tanquam mendosum, in margine notatur. quare suspicor & hic* Ὀκελλου *legendum esse. Similiter & apud eundem Proclum alio loco mendose hoc vocabulum legitur, cum inquit:* δεῖ δὲ καὶ τῆς ἀκύλλου μνημονεύειν ἐν τούτοις ἐπιβολὰς ἰσαριθμοῦς ταῖς τῶν ἄστρων ψυχαῖς, τὰς μερικὰς εἰρηκότος φράζουσης. *ubi etiam legendum contenderim,* τοῦ ὀκέλλου. *Ocelli meminit sic Philo in libro De mundo, ubi nomen eius sincere legitur, cum inquit: Ipse forte fortuna in commentarium Ocelli hominis Lucani, incidi, cui De universi natura titulus, in quo mundum incorruptibilem non tantum asserit, verum etiam argumentis conatur ostendere. In huius Ocelli librum, cuius Philo meminit, & ipse forte fortuna nuper non ita pridem incidi, multis ab hinc annis impressum, paucis credo notum. Ex hoc Ocelli libello citantur quaedam in Iohannis Stobaei Physicis. qui & alium eius librum ibi in testimonium aduocat. Huius Ocelli etiam mentio fit apud Lucianum, in libro qui inscribitur,* ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. *quemadmodum mihi per literas indicauit doctissimus, mihique amicissimus Petrus Daniel Aurelianensis, cum ei hanc meam in Censorino coniecturam perscripsissem, quo in loco tamen* οἰκελλος *legitur, pro quo ipse & ego substituendum putabamus* Ὀκελλος, *sed non possum dissimulare me in qui-*

busdam codicibus Ocelli ab eodem Typographo impressis scriptum inuenisse ὄκελλος λευκανος, in quibusdam οἴκελλος λευκανος, ita vt vtra lectio alteri sit præferenda, certè ignorem. Verba Luciani hæc sunt: ὁ μὲν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον οἰκέλλῳ τῷ λευκανῷ καὶ Ἀρχύτᾳ. Idem ille Petrus Daniel, cuius modo mentionem feci, indicauit mihi & hoc nomen corruptè legi apud Syrianum Aristotelis interpretem lib. 13. Metaphysicorum. vbi ἔκελλος legi scribit, pro ὄκελλος. Inueni etiam huius Ocelli mentionem fieri apud Iamblichum Chalcidensem, quem penes me manuscriptum habeo, lib. primo De secta Pythagorica cap. vltimo, vbi omnium Pythagoræ discipulorum ac sectatorum nomina enumerantur. Hæc sunt, amice lector, quæ de Ocello habeo dicere, inuenireq́ potui.

Hesychij locus de litteris Ephesiis emendatus.

CAP. XVIII.

NON *spero me rem ingratam facturum studiosis omnibus, si quid è media antiquitate petitum, de Ephesiis litteris, præter ea quæ ab aliis prolata sunt, in medium attulero. Quare in eo vno ore omnes consentiunt, Ephesiis notulas quasdam, & voces Ma-*

es Magicas fuisse, quibus utentes in omni negotio superiores euaderent. Nos de hac re nihil prætere a dicemus, sed hæc suo auctori relinquimus. Verum de vocibus illis priscis, quibus vtebantur in symbolis, nos paucula dicemus. Non inconsultum itaque fuerit, prius verba Hesychij hoc loco subycere, qui sic inquit: Ἐφέσια γράμματα ἦν μὲν πάλαι. ὕστερον δὲ προσέθεσαν τινὲς ἀπατεῶνες, καὶ ἄλλα. φασὶ δὲ τῶν πρώτων τὰ ὀνόματα τάδε. ἄσκι. κατάσκι. αἲξ. τέτραξ. δαμναμενεὺς. αἴσιον. δηλοῖ δὲ ὁ μὲν ἄσκι, σκότος· τὰ δὲ κατάσκι, φῶς. τὸ δὲ αἲξ, αὐτός. δαμναμενεὺς δ' ἥλιος. αἴσιον δὲ ἀληθές. ταῦτα οὖν ἱερά ἐστι καὶ ἅγια. *Hæc sunt verba Hesychij Grammatici doctissimi. Quis tam stupido & bardo ingenio, qui non vel apertissimè videat, mendū his verbis Hesychij subesse? Nec hoc inficias iuit doctissimus vir Erasmus, cùm de hac parte ageret. sic enim inquit: Hesychius indicat fuisse priscas quasdam voces pro sacris habitas, quibus posteriores deinde multas addiderunt. priscas putat has fuisse,* ἄσκι, *quod interpretatur, tenebras.* κατάσκι, *lumen:* αἲξ *ipse:* δαμναμενεὺς *sol.* αἴσιον *verum. Illud satis apparet librariorum incuria commissum, quod tum Hesychius inter magicas voces recenseat* τέτραξ, *non meminit tamen interpretans singula. Videtis quid vir tantus dicat, nec ille quidquam adiumenti potuit huic loco adferre.*

Non

Non ergo sine causa quispiam temeritatis nos accusabit, qui cùm nondum vigesimum ætatis nostræ annum excesserimus, rei a tanto viro desperatæ quasi medicas manus adhibere ausi fuerimus. Sed huic accusationi iam Apologia nobis parata, ac quasi in promptu est. Si enim Erasmo diutius operi suo Adagiorum superstiti esse, atque adeò vitam, qua dignus erat longissima, in hæc vsque tempora producere contigisset, & iis libris frui, quibus nos fruimur, facillimè huic loco remedium, atque adeò symbolicam horum vocabulorum interpretationem attulisset. Itaq. ego auctoritate nisus probatissimorum auctorum, hunc locum sic restituendum puto: τετρὰξ, *vel* τετρὰς ὁ ἐνιαυτός. *Inuenio etiam ab aliis inter priscas voces Ephesiorum numerari* λὶξ, *quæ vox prisca appellatione dicitur terra. Sed præstat integra verba Clementis Alexandrini Theologi doctissimi & antiquissimi in medium adducere. Itaque ille lib.* V. *Stromatum sic inquit:* Ἀνδροκύδης γ' οὖν ὁ Πυθαγορικὸς τὰ ἐφέσια καλούμενα γράμματα: ἐν πολλοῖς δὴ πολυθρύλλητα ὄντα, συμβόλων ἔχειν φησὶ τάξιν· σημαίνειν δὲ ἄσκιον μὲν τὸ σκότος, μὴ γὰρ ἔχειν τοῦτο σκιάν. φῶς δὲ κατάσκιον, ἐπεὶ καταυγάζει τὴν σκιάν. λίξ τ' ἐστὶν ἡ γῆ κατὰ ἀρχαίαν ἐπωνυμίαν. τετρὰς ὁ ἐνιαυτὸς διὰ τὰς ὥρας, δαμναμενεὺς δ' ὁ ἥλιος, ὁ δαμάζων· τὰ αἴσια τε, ἡ ἀληθὴς φωνή. σημαίνει δ' ἄρα τὸ σύμβολον ὡς κεκόσμηται τὰ θεῖα, οἷον σκότος πρὸς φῶς, καὶ ἥλιος

ἥλιος πρὸς ἐνιαυτὸν, καὶ γῆ πρὸς παντοίαν φύσεως γένεσιν·

Arnobij antiqua lectio defensa.

CAP. XIX.

ARNOBIVS *libro quarto contra gentes postquam enumerasset, & docuisset furta ac adulteria Deorum, vtpote Neptuni, Saturni, atque adeò ipsius Iouis, quem regem mundi ironicè appellat: & non solum ab illis amari fœminei generis sexus, sed etiam mares: tandem progreditur ad fœminas deas, & inquit: Sed soli amant apud vos mares, & fœmineo sexui sua conseruata est sanctitas. Nonne vestris cautum est litteris adamatum esse ab Aurora Tithonum, arsisse in Endimyonem Lunam, Nereidem in Aeacum, in Achillis genitorem Thetim, Proserpinam in Adonem marem eius, Cererem in Iasionem nescio quem rusticanum, & post Vulcanum, Phaeonem, Martem, in Anchisæ nuptias ipsam illam Aeneadum matrem, & Romanæ dominationis auctorem? Hoc loco diu multumque me torsit, quod Phæonem nominet, nuspiam enim me legisse memini, Venerem cum Phæone, sed cum Phaone, rem habuisse. idcirco primo suspicabar pro Phæone, Phaonem scribendum, & mendum esse typographicum, sed in eo non acquieui. Verùm consulens exemplar Romanum, longè aliam lectionem inueni, nimirum hanc: Et post Vulcanum, Phaethontem &c. quæ*

lectio

lectio prima fronte alienissima mihi omnino visa est. quis enim vnquam fando audiuit Venerem cum Phaethonte commercium vllum habuisse? Tandem, vt certi aliquid de hoc loco haberem, quasi ariolum, consului Clementem Alexandrinum, vbi hæc verba repperi: Ἀφροδίτη δὲ, ἐπ' ἄρει κατηχυμμένη, μετῆλθεν ἐπὶ κινύραν, καὶ Ἀγχίσην ἔγημεν, καὶ φαέθοντα ἐλόχα. *Quibus verbis antiqua lectio Romani codicis comprobari potest. Quare omnino, meo iudicio, huic loco nullum subest mendum, nec locus emendationem, sed obseruationem requirit. Et quia nos fortasse ignoramus antiquam historiam, idcirco ne hoc vocabulum loco mouendum, & aliud substituendum erit?*

Bionis Smyrnei carmen emendatum.

CAP. XX.

INTER *Bionis Smyrnei fragmenta, nuper magna diligentia ac cura à Fuluio Vrsino Italo, viro doctissimo, in vnum collecta, legitur carmen quoddam mirè elegans & succinctum, in Hyacinthum puerum. sed nonnihil, nostro iudicio, deprauatum, quod iam verisimili admodum coniectura ducti (nisi nostra nos fallat opinio) suo nitori restituemus. Bionis versus hi sunt:*

Ἀμφασία τὸν βίον ἕλεν πόσον ἄλγος ἔχοντα

Δίζετο

Δἰζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ᾽ ἐπεβαίνετο τέχναν.

Χρῖεν δ᾽ ἀμβροσίᾳ καὶ νέκταρι, χρῖεν ἅπασαν

Ὠτειλάν· μοίραισι δ᾽ ἀναλθέα φάρμακα πάντα.

His in versibus primum pro, βίον, omnino legendum contenderim φοῖβον. & in secundo versu si quis velit legere, pro ἐπεβαίνετο, ἐπεβώετο, non refragabor. vt hic sit horum verborum sensus. Cunctatione captum fuisse Apollinem, propter grauissimum, quem in corde habebat, dolorem. Quæsisse omnia medicamenta, ipsam medicinam inuocasse. Vnxisse tandem corpus ambrosia & nectare, & ipsum etiam vulnus, sed omnia frustra. Fatis enim repugnantibus, inutilia omnia medicamenta. Hic enim Hyacinthus, vt est in fabulis, ab Apolline amasio suo, qui tanto ipsius amore tenebatur, disci iactu, inter iaculandum, interfectus est. Quod ipsum etiam grauissime ei ab Aeschylo poeta quodam loco exprobratur, cum sic inquit:

Ἐνδατεῖται τὰς ἐὰς εὐπαιδίας,

Νόσων τε ἀπείρους καὶ μακραίωνος βίου

Ξύμπαντά τε εἰπὼν, θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας

Παιῶν᾽ ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ,

Κἀγὼ τὸ φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα

Ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ,

Ὁ δ᾽ αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,

Αὐτὸς τάδ᾽ εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν

Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν. *Et quandoquidem iam in Bio-*

ium in Dionis Smyrnei mentionē incidi, sine graui iniuria facere non possum, quin & versus aliquot eiusdem, quos inueni, elegantes, cum ipsius Poetæ studiosis communicem, præsertim cùm eos a Fuluio Vrsino viro doctissimo, quiq. diligentia facilè omnes, qui ante ipsum rem eandem aggredi tentarunt, superauit, non videam obseruatos. Versus hi sunt:

Ἀμερε κυπρογένεια Διὸς τέκος ἠδὲ θαλάσσας,
Τίπτε τόσον θνατοῖσι, καὶ ἀθανάτοισι χαλέπτεις;
Τυτθὸν ἔφαν, τί νυ τόσσον ἀπέχθεο, καὶ * τὶν αὐτᾳ
Ταλίκον ὡς πάντεσσι κακὸν τὸν ἔρωτα τέκναι,
Ἄγριον, ἄστοργον, μορφᾷ νόον οὐδὲν ὅμοιον;
Ἐς τί δέ νιν πτανὸν καὶ ἑκαβόλον ὤπασας ἦμιν,
Ὡς μὴ πικρὸν ἔοντα δυναίμεθα τῆνον ἀλύξαι.

Macrobius tribus in locis ope manuscripti codicis nitori suo restitutus.

CAP. XXI.

MACROBIVS *lib. 5. cap. 18. Saturnaliorū sic inquit: Morem verò Aetholis fuisse, vno tātummodo pede calciato in bellum ire, ostendit clarissimus Euripides scriptor Tragicus, in cuius Tragœdia quæ Meleager inscribitur, nuncius inducitur, describens quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum conuenerant. in eo hi versus sunt:*

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
Πρόσβλημα θηρὸς, βότρυσι δ' ἐστέψων κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα

Και

Καὶ προὸς δὲ μίσιμ᾽ ἀρκας ἀταλάντη κυνάς
Καὶ τέξα ἔχουσα, πελέκεως δὲ δίσομον
Γένυ, πέπλ᾽ ἀλλακάταιος· οἱ δὲ Θεςίου
Παῖδες τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι πόδες
Τὸν δὲ ἐν πεδίλοις ὡς ἐλαφρίζων γόνυ
Ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσιν αἰτωλοῖς νόμος. *Hæc ille.*

Quod in quarto versu hic legitur, καὶ προὸς δὲ, *suspectum mihi semper fuit: sed cùm quid pro illo substituendum mihi esset, dubitarem, tandem incidi in Macrobium manu exaratum, vbi hunc locum sic scriptum legi,* καυπρίδης δὲ μισιμ᾽. *nec hoc quidem bene, sed ad veram lectionem quàm proximè accedens. puto enim ex vestigiis antiquis legendum hoc pacto:* κύπριδος δὲ μίσιμα. *Quanto enim castos & pudicos tam viros quàm fœminas odio bonus prosequatur, satis est colligere vel ex vno Euripidis Hippolyto. Et Atalantem perpetuam virginitatem vouisse, notius est, quàm vt probari debeat: quare relictis multorum testimoniis, vnius atque alterius contentus ero. Helianus itaque in varia historia, præter alia multa & hoc de Atalante memorat: Vestitu tenui inornatoq́, & eiusmodi, qui non abhorreret à Diana, amiciebatur. Dicebat enim se illam tam in hoc imitari, quàm in eo, quòd perpetuam virginitatem cōseruare statuisset. Et Hieronymus contra Iouinianum: Referunt fabulæ Atalantam Calydoniam virginem, semper in venatibus, semper in syluis, non tumentes vteros fœmina-*

rum, fastidiaq́; conceptuũ, sed expeditam & cast-
amasse virtutem. Idem lib. 5. cap. 20. Hoc in lo-
ad fidem sensui faciendam, quòd uliginosa sint n-
sola Gargaræ prouinciæ montis, sed & vniuers-
Mysiæ arua, adhiberi potest testis Aeschylus, Μυ-
ἐπίῤῥοαι. *In eodem manuscripto codice, cuius supr-*
feci mentionem, hoc pacto legitur, Ιω κικε μυσ-
ἐπίῤῥοαι. *unde ego conijcio legendum,* Ἰὼ καΐκε μυ-
σιαί τ' ἐπίῤῥοαι. *& hãc veram & genuinam huius*
loci esse scripturam, cùm multis argumentis, quod
iam necessarium non est, probare possem, vno atq. al-
tero contentus ero. Primùm quidẽ veteris scripturæ
vestigia multum ad hanc lectionẽ confirmandã fa-
ciunt, etsi hæc auctoritas nõ satis causæ habet, cur
lectionẽ mutandã putemus: in mediũ præterea Stra-
bo veniat, qui id etiam testetur. Verba Strab. ex lib.
13. hæc sunt: ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ Τημνοῦ ποταμὸς μύσιος, ἐκβάλλων εἰς τὸν καΐκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ. ἀφ' οὗ δ' ἔχονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον καὶ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου.

Ἰὼ καΐκε μύσιαί τ' ἐπίῤῥοαι. *Idem libro 5. cap. 19. Taceo illud Plautinum, cùm ait: Mecum habet pagus, morbus, æs. & quod alibi Virgilius:*

Curetum sonitus, crepitantiaq́; æra. In eodem illo manuscripto codice pro, pagus, legebatur pacagus: vnde ego coniectura ductus pro pagus, legendum puto, patagus morbus, æs. Patagus enim, teste Paulo apud Festum, est genus morbi.

Sto-

Stobæus & Diogenes Laertius emendati.

CAP. XXII.

STOBÆVS *in sermone, Quòd inconstans sit hominum prosperitas, cùm fortuna facilè mutetur in statum deteriorem, hos Euripidis versus citat.*

Ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ἠσκημένους
Ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα καὶ μί' ἡμέρα
Τὸν μὲν, καθεῖλεν ὑψωθέντα δήρ' ἄνω.

quos sic vertit interpres:

Vides tyrannos longo tempore confirmatos,
Quàm exiguæ res offendant, & vna dies
Aliquem diu in sublimi constitutum deijcit.

Ego in Stobæo hunc postremum versum sic legendũ esse existimo, minima mutatione,

τὸν μὲν καθεῖλεν ὕψωθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω. *vt sit sensus: Sæpissimè vno die ac vnico quasi momento hunc deprimi, illum extolli. Nam secundũ Hesiodi dictũ, Deus* Ῥεῖα μὲν βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. *Et quemadmodum hoc loco grauissimè peccatum est in coniunctione vocum ac literarum, sic non minus peccatum est in disiunctione vocum ac literarum, in his Cratini Comici versibus, qui apud Laërtium in vita Pythagoræ hoc modo leguntur:*

Ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς ἄν τινα ἰδιώτην
Λάβωσι ποθὲν εἰσελθόντα διαπειρώμενον
Τῆς τῶν λόγων ῥώμης, καὶ κυκᾶν
Τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
Τοῖς ἀποπλάνοις, τοῖς μεγέθεσιν οὐ βυσικῶς.

Quorũ verſuũ vt alios errores omittã, hunc præt-
rire nullo modo poſſum: pro eo enim quod in poſtre-
mo verſu legitur, τοῖς μεγέθεσιν οὐ βυστικοῖς *, quo*
corruptum videtur, ego legendum contenderim, &
fortaſſe non ſine ratione τοῖς μεγέθεσι νεβυστικοῖς *.*
admodum bene & ſapienter, vt ſit ironicè dictum

Arnobius duobus locis emendatus.

CAP. XXIII.

ARNOBIVS *libro primo aduerſus gentes inquit: In ſimilibus vitiis vos quoque verſamini, quamuis Epicados omnes, Ceſellios, Scauros teneatis & Niſos. Hunc locũ ingenioſæ coniecturæ ſpongia eluemus, ſi pro Niſos, Gniphos legerimus. Niſi enim Grammatici nulla apud auctores ſit mentio. Sed Gniphi Grammatici ſic meminit Plinius in libro De claris Grammaticis. Marcus Antonius Gnipho ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, à nutritore ſuo manumiſſus, inſtitutusq́; Alexandriæ quidem, vt aliqui tradunt, in contubernio Dionyſii Scythobrachionis: quod equidẽ non temerè crediderim, cùm temporũ ratio vix congruat. Fuiſſe dicitur ingenij magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græcè, quàm Latinè doctus: præterea comi, faciliq́; natura: nec vnquam de mercede pactus, eoq́; plura ex liberalitate diſcentium conſequutus. Docuit primò in Diui Iulij domo pueri adhuc, deinde in ſua*

priuata

priuata. Docuit autem & Rhetoricam ita, vt quotidie præcepta eloquentiæ traderet: declamaret verò non nisi nundinis. Scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt. in his M. Ciceronem, etiam quum Prætura fungeretur. scripsit multa, quamuis annum ætatis quinquagesimum non excesserit: etsi Atteius Philologus duo tantùm volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit. Nam cætera scripta, discipulorum eius esse, non ipsius: in quibus & suum alicubi repperi nomen. Idem Arnobius lib. 4. sic inquit: Noster ille est auctor, qui Patrocles Hurius scriptorum in titulis indicatur, qui tumulos memorat, reliquiasq́ Saturnias tellure in Sicula cõtineri? Quem locum corruptum videntes quidam, pro Patrocles Hurius, existimarunt legendum, Patrocles Surius, vel Syrius. sed illis non assentior. Ego legendum existimo, Patrocles Thurius, Clementis auctoritate adductus, vnde hunc locum, vt plurima alia, Arnobius noster mutuatus est. Clementis verba hæc sunt: κρόνον δὲ ἐπὶ κεῖσθαι σικελία, καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι, Πατροκλῆς τε ὁ θούριος καὶ Σοφοκλῆς.

Plutarchi locus emendatus, & eiusdem auctoris duobus in locis lacunæ duæ suppletæ. CAP. XXIIII.

PLVTARCHVS *in libro* περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις. βιβλ. ε', *circa finem* περὶ ὑγείας

agens, sic inquit: Ἀλκμαίων, τῆς μὲν ὑγείας εἶναι συνεκτικὴν, ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων, ὑγροῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικροῦ, γλυκέος, καὶ τῶν λοιπῶν, τὴν δὲ ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν νόσου ποιητικὴν, φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία, καὶ νόσων αἰτία. ὡς μὲν ὑφέξω, ὑπερβολὴ θερμότητος ἢ ψυχρότητος, ὡς δὲ ἐξῆς, διὰ πλῆθος ἢ ἔνδειαν, ὡς δ᾽ ἐνίοις, αἷμα ἐνδέον, ἢ ἐγκέφαλος, τὴν δὲ ὑγείαν σύμμετρον τῶν ποιῶν τὴν κεράσιν. *Qui locus omnino mihi mendo carere non videtur, quod tamen à nemine hactenus animaduersum esse, magnoperè miror. sed vt melius errorem agnoscere ac deprehendere possimus, audiamus prius verba interpretis Budæi viri doctissimi: Alcmæon sanitatis conseruatricem potentiarum æquabilitatem, humoris, caloris, siccitatis, frigoris, amaritudinis, dulcedinis, & reliquorum. Contra vnius dominatum præpotentem valetudinis effectorem. Tabificum enim esse vtrarumuis partium dominatum impotentem, morborumq́; omnium causam. Atque illam quidem tum à qua vt caloris exuperantia, aut frigoris, tum verò ex qua, vt redundantiam & defectum, vt in nonnullis sanguinis inopiam, aut etiam cerebri. Vt autem dicam quod sentiam, hoc loco pro* ὡς δ᾽ ἐνίοις, *vna littera expuncta, legendũ omnino mihi videtur* ὡς δ᾽ ἐν οἷς, *id est, secundum locum. Quemadmodum enim primo loco dicit,* ὡς μὲν ὑφέξω, *secundo loco,* ὡς δὲ ἐξῆς, *sic nunc tertio loco dicit,* ὡς δ᾽ ἐν

οἷς.

οἷς. *vt horum verborum hic sit sensus, Secundum efficientem causam, ex calore vel frigore nimio, secundum materiam propter alimenti vel copiam, vel inopiam. secundum locum (propter) sanguinis inopiam, vel etiam cerebri. Hanc meam huius loci coniecturam pluribus probare possem: sed quia nimium aperta & manifesta videtur, idcirco supersedeo, & ad alia duo eiusdē auctoris loca emendāda propero: idem itaque auctor in* Ἐρωτικῷ *sic inquit:* σκόπει τοίνυν αὖθις τοῖς ἀρηίοις ἔργοις ὅσον ἔρως περίεστιν, οὐκ ἀργὸς ὢν ὡς Εὐριπίδης ἔλεγεν, οὐδὲ ἀστράτευτος, οὐδ᾽ ἐν μαλακαῖσιν * ων παρειαῖς νεανίδων. *quem locum hoc pacto supplendum puto,* οὐδ᾽ ἐν μαλακαῖσιν ἐννυχεύων παρειαῖς νεανίδων. *auctoritate Sophoclis adductus, qui sic inquit in Antigone:*

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν.
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις.
Ὃς ἐν μαλακαῖσι παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις.

Idem in libro qui inscribitur πρὸς κολώτην, *sic inquit:* εἰς δὲ τὴν ἄτακτον καὶ φερομένην τὸ αἰσθητὸν, ὧν καὶ κριτήριον ἰδεῖν ἐστιν, ἡ μὲν ἀληθείη εὐπειθέος ἀτρε * τοῦ νοητοῦ καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχοντος ὡσαύτως ἁπτόμενον, ἡ δὲ βροτῶν δόξας, αἷς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής. *quam lacunam sic expleo:* ἡ μὲν ἀληθείη εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ τοῦ νοητοῦ *&c. Est enim versus Parmenidis, quem hoc pacto scriptū inueni apud Clementem Alexandrinum, & alios.*

 Euripi-

Euripidis versiculus apud Plutarchū in Erotico corruptus, emendatus. & apud eundem alius Euripidis locus illustratus.

CAP. XXV.

NON *epinor nobis vitio vertetur, si sæpius hoc nostro libello Plutarchum inferre conati fuerimus, cùm etiam similia ab aliis factitata esse videamus. Quare non desinam auctori tam deprauato molestus esse, in coq́; Euripidis quendam versiculum eleganti coniectura, nisi me amicorum fallant iudicia, restituam. Plutarchi verba hæc sunt in Erotico:* ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης. Ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν ἐγὼ μεταλαβὼν δὶ ἐχθρὸν ἄλλον ἐθάρρει ὡς ἔοικε τῷ δράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιττῶς, ἤλλαξε τὸν στίχον ὡς νῦν γέγραπται,

Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο. *quem locum sic vertit Germanicus interpres: Audiuisti haud dubiè quo tumultu exceptus fuerit Euripides. cùm hoc fecisset Melanippæ principium,*

Iupiter, sed haud noui, nunc mutatus mihi
Inimicus est.

& quidem fidebat auctor Tragœdiæ diligentissimè, & ad publicos conuentus accōmodatè scriptæ. mutauit tamen versum, isq́; nunc sic legitur:

Qui dictus est à veritate Iupiter. Arnoldus autē Ferronius Burdigalensis hoc pacto vertit: Audi sanè quomodo Euripides exibilatus est, cùm fecit princi-

principium Melanippæ, Iupiter, vt equidem ſentio, verum facta mutatione verborum, propter quendam ſuum inimicum, confidebat (vt videtur) fabulæ ſcriptæ magnificè ac egregiè, & mutauit verſum vt nunc eſt ſcriptus:

Iupiter vt æui fama verax comprobat.

Et in annotationibus ſuis ad hunc locum ſic dicit, Locus hic mihi videtur lacer. cogitandum eſt. fortè legendum, Ζεὺς οἶδα γὰρ πλὴν. Hæc ille. Meritò certè hic locus ei ſuſpectus eſſe viſus eſt, ampliusq́ de hoc deliberandum cenſuit. Eſt enim locus mutilus & imperfectus, eaq́ de cauſa obſcurus & intricatus, vt difficile aliquis ſenſus inde elici poſſit. Nos tamen vt omnem illi amplius deliberandi occaſionem adimamus, hunc verſiculũ ſic corrigendum putamus:

Ζεὺς. οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ. emendationem noſtram compluribus viris doctiſſimis comprobantibus. Sed in ſequentibus verbis Plutarchi hæc verba δι' ἐχθρὸν ἄλλον, planè corrupta ſunt, proq́ iis alia quæ valent, ἐπειδὴ οὐκ, vel tale quid, ſubſtituenda veniunt. Vt Plutarchi locus ita videatur accipiendus, quaſi dixerit. Cùm Euripides verſum illum pronunciaſſet, magnum excitatum fuiſſe populi fremitum. Itaque poëtam cùm non ſperaret illam fabulã, tanquam nimis panegyricè atq. immodeſtè conſcriptam, placere deinceps poſſe, verſum illũ immutaſſe. Nunc ad alteram capitis partem accedamus:

mus. Idem itaque Plutarchus in libro qui inscribitur εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, *sic inquit:* ἀλλ' αὗται μὲν οἰστρώδεις καὶ ἀβέβαιον καὶ μεμιγμένον σφυγμῷ τὸ γαργαλίζον ἔχουσιν. αἱ δὲ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις, οἵων δημιουργὸς ὁ πολιτευόμενος ὀρθῶς ἐστιν, οὐ τοῖς Εὐριπίδου χρυσαῖς πτέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνοις καὶ οὐρανίοις πτεροῖς ὅμοια τὴν ψυχὴν μέγεθος καὶ φρόνημα μετὰ γήθους λαμβάνουσαν ἀναφέρουσιν. *Locus hic Euripidis ad quem alludit Plutarchus, non quidem legitur in ipso Euripide, sed ex ipso apud Clementem libro 4. Stromatum citatũ inueni, hoc modo:* ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδης, χρύσεαι δέ μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ, φησὶ, καὶ τὰ σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται, βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς, Ζηνὶ προσμίξων. *Hæc ille.*

Epitheton Dionysij apud Orpheum in Hymnis emendatum.

CAP. XXVI.

ORPHEVS *in Hymno* Πρωτογόνου θυμίαμα *inscripto, inquit:*

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ, μέγαν, αἰθερόπλαγκτον,
Ὠογενῆ, χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν,
Ταυροβόαν, γένεσιν μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.
Ὅστε πολύμνηστον πολυόργιον δύρηκε παιὰν.

In cuius Hymni quarto versu quod legitur δύρηκε παιὰν, *à multis viris doctissimis in dubium vocatur. Franciscus enim Portus Cretensis vir inter*

omnes

omnes doctißimus, pro δύρνης παιὰν, *reponendum putat,* δύεατο παιᾶν. *cuius lectio mihi plurimùm placet. Similiter & Iosephus Scaliger Iulij Cæsaris F. vt ex aliorum relatu cognoui, legendum existimat* δύρωὺ ἐπ' αἶων. *nec malè ille, quamuis prior lectio mihi magis placeat. Et licet ab his summis & primarijs viris dissentire propè religio sit, tamē si et mihi tertio loco post tantos viros hic diuinare concederetur, libenter legerim vno vocabulo* ἠελικέπαιον, *vel* ἠελικέπαιαν. *Ne quis autem hoc vocabulum siue epitheton tanquam nouum & inauditum reijciat respuatq́, multa auctorum testimonia in medium proferam, quibus hoc vocabulum minimè esse nouum & inauditum, imò contrà antiquis Græcis & ipsi Orpheo fuisse vsitatißimum, non solùm demonstrare conabor, sed, vt spero, facile etiam peruincam. Primùm itaque* ἠελικέπαιος, *teste Phauorino & Hesychio,* ὁ διόνυσος *appellatur, vbi tamē malè legitur* ἠελικέπανος. *facile enim* αι *in* αν *mutatur. Suidas* ἠελικέπαιος *legit, & exponit* ὄνομα κύριον. *Præterea Proclus in Timæum Platonis sic inquit:* Πάλαι γὰρ ὁ θεολόγος ἐν γε τῷ φάνητι τῆς δημιουργικῆς αἰτίαν ἀνύμνησεν. ἐκεῖ γὰρ ἦν τε καὶ πρεσφύν ὥσπερ ἔφη καὶ αὐτὸς, βρόμιός τε μέγας, καὶ ζεὺς ὁ πανόπτης. ἵνα δὴ τῆς διττῆς δημιουργίας ἔχῃ τὰς οἱονεὶ πηγάς. καὶ ἐν τῷ διῒ τὴν παραδειγματικήν. μῆτις γὰρ αὖ καὶ οὗτός ἐστιν ὥς φησι.

καὶ μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ ἔρως πολυτερπής.

Αὐτὸς

Αὐτὸς τὲ ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ ἠρικεπαῖος, συνεχῶς ὀνομάζεται. *Idem Proclus adducit & hunc Orphei versum:* Θῆλυς & γενέτωρ κρατερὸς θεὸς ἤρυκε † πρῶτος, φησὶν ὁ θεολόγος. *vbi tamen legendũ non dubito* ἠρικεπαῖος. *Et alio loco ex eodem Orpheo:*

Ὡς τότε πρωτογόνοιο χανὸν μένος ἠρικεπαίου,
Τῶν πάντων δὲ δέμας εἶχεν ἐνὶ γαστέρι κοίλη,
Μίξε δ' οἷς μελέεσσι θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἀλκήν,
Τοὔνεκα σὺν τῷ πάντα διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη.

Idem Proclus alio loco: Πρῶτος γὰρ ὁ φάνης, κατασκευάζει τὸ σκῆπτρον, καὶ πρῶτος βασιλεὺς περίκλυτος ἠρικεπαῖος. *Suidas etiam in dictione Phanes, huius epitheti sic meminit:* Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς εἰσηνέχθη ὁ φάνης, αἰδοῖον ἔχων περὶ τὴν πυγὴν ὃν ἔλεγον ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως, καὶ ὁ ἠρικαπαῖος ἕτερον, καταπίοντα πάντας τοὺς θεοὺς, ὡς τὸν κρόνον. *Necnon & Nazianzenus in oratione prima contra Iulianum, cùm inquit:* ἐπὶ πᾶσιν ὁ φάνης τε καὶ ὁ ἠρικαπαῖος, καὶ ὁ πάντας καταπίνων τοὺς ἄλλους, εἶτ' ἀναδιδοὺς θεοὺς, ἵνα γένηται πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. *Ad quem locum Nonnus de Phanete & Ericapæo agens sic inquit: In Orphicis poëmatis hæc duo simul cum multis aliis inducuntur, ex quibus Phanetem inducit penem retro circa nates habentem, aiuntq́ eum viuificæ facultatis præsidem atque antistitem esse. Consimili modo Ericapæum alij cuipiam facultati præesse narrant. Quod autem*

autem de eo, qui Deos omnes deuorabat, loquitur, non Ericapæum intelligit, sed Saturnum. Hic enim filios duos quos procrearat, deuorasse, ac deuoratos euomuisse dicitur. Nam cùm Iouis loco saxum deuorasset, subsidente saxo cunctos euomuit. Similiter & Elias Cretensis in 6. Nazianzeni oratione, quæ est de Spiritu sancto, huius rei sic meminit: Phanetes quinam sint, paucis exceptis, multos ignorare arbitror. Est autem vnus tantum, tametsi hic numero multitudinis efferatur. Et vnà cum Dijs cæteris etiam Phanes hic in poematis Orphicis producitur, circa nates membrũ habẽs. Ibidem & Ericapæi fit mentio. Ac Phanes quidem præesse facultati procreatrici dicitur. Ericapæus autẽ alteri cuidam. Dij prorsus & peregrini & irridendi. Hoc ipsò epitheto vtitur etiam Orpheus in alio quodã Hymno; vbi inquit:

Ὄργιον ἄῤῥητον, ζιφυὲς, κρύφιον διὸς ἔρνος,
Πρωτογόν᾽ ἠελικεπαῖε, θεῶν πάτερ ἠδὲ καὶ υἱέ.

THEO-

THEODORI CANTERI
VARIARVM LECTIONVM LIBER SECVNDVS.

Pythagoræ ſymbolum, à nemine hactenus obſeruatum, è tenebris erutum.

CAP. I.

QVEMADMODVM *ſuperiorem librum, Sophoclis auctoritate adducti, à præclara & illuſtri materia, videlicet à Muſis, digno Philologis initio, exorſi ſumus; ita non inconueniens fuerit, à Muſis & hũc librum ordiri: quod futurum ſpero, ſi præclarum & elegans quoddam ſymbolum, in quo Muſarum laudes continentur, à Pythagora prolatum, & à nullo hactenus, quod ſciam, obſeruatum, in medium adduxero, explicueroq́;. Symbolum autem Pythagoricum tale eſt:*

Μούσας σειρήνων ἡδείους ἡγεῖσθαι. *quo ſignificatur præferendam longè eſſe ſimplicem veritatem iucũdis & dulcibus, ſed pernitioſis ſermonibus, qualibus vtuntur Sirenes. De Sirenum cantu hic quidquam velle poſt alios, attexere, hominis eſſet & otio & litteris abutentis: quare de Sirenibus nihil nunc dicemus. Sed iam auctores, qui eo ſymbolo vſi ſunt, audiamus. Primùm quidem adducitur hoc ſymbolum à Clemente Alexandrino Theologo & anti-*

antiquißimo & doctißimo, cuius hæc sunt verba lib. 1. Stromatum: Μούσας σειρήνων ἡδείους ἡγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ. τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν. *Et Theodoretus libro octauo De curatione Græcarum affectionum, sic inquit: Pythagoram illum Samium, cuius apud vos est celebre nomen, dixisse aiunt, qui illius vitam memoriæ prodiderunt, esse Musas Sirenibus præferendas. Ego autem, si mos illi fuisset explicito ac manifesto sermone uti, quali videlicet complures Philosophi vsi sunt, affirmarem vtique illum, vt idiotam hominem, altiorisq; vllius rei minimè conscium, Musarum cantus ac vocem Sirenibus prætulisse. Quia verò sunt eius dicta gryphis ænigmatisq; abstrusa, scopulorum modo, qui marinis fluctibus occultãtur (per symbola enim sua ille monita proponebat, qualia videlicet ea sunt, Gladio ignem ne fodicato, néve modio insideto, néve caudatrum comedito: Stateram ne transilito, & quæ sunt generis eiusdem) idcirco illum puto, comptos lepidosq; sermones, Sirenibus opinatum esse persimiles: Musis verò quæ nihil inducti decoris, fuciq; præferentes, nudam veritatis formam ostendunt.*

Arnobij locus emendatus, & antiqua lectio defensa. CAP. II.

ARNOBIVS *libro 6. inquit: Sub Apollinis arula quæ Telmeßi apud oppidũ visitur, Telmessum*

esse

*esse conditum vatem, non scriptis constantibus indicatur Agesarchi? Ptolemæus Philopator quem edidit primo, Cinyram regem Paphi cum familia omni sua, imò cum omni prosapia in Veneris templo situm esse, litterarum auctoritate declarat. Sic hunc locum interpunxit & emendauit Sigismundus Gelenius. Ego hunc locum sic legendum & interpungendum puto: Sub Apollinis arula quæ Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum esse conditum vatem non scriptis constantibus indicatur? *Agesarchi Ptolemæus de Philopatore quem edidit primo. Atque hanc meam lectionē comprobat etiam exemplar Romanum, in quo sic scriptum habetur, sine vlla distinctione, quod ibi non est nouum. Sub Apollinis arula quæ Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum esse conditum vatem non scriptis constantibus indicatur Agesarchi Ptolemæo de Philopatore. Quare autem hic Gelenius pro Ptolemæus de Philopatore, posuerit Ptolemæus Philopator, rationem nullam video. Eo autē facto videtur ignorasse hunc Ptolemæum scripsisse historiam de Philopatore, quod tamen ipsum vel vnus abundè Athenæus docere potuisset, qui multis in locis Ptolemæi de Philopatore historiam in medium adducit. Antiquam lectionem iam retinendam esse, satis mihi videor comprobasse: restat solùm rationem distinctionis dare. Itaque hic Ptolemæus ad differentiam aliorū Ptolemæorū (multi enim fuerunt Ptolemæi)*

vocatus

vocatus est Ptolemæus Agesarchi F. Huius rei testes locupletißimos in medium adducam, inter quos non infimum locum obtinebit Athenæus ille Dipnosophistarum auctor, qui libro 5. sic inquit: Πτολεμαῖος δ᾽ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, μεγαλοπολίτης γένος, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἱστοριῶν. *item libro primo:* κλίνης δὲ τῆς οἰνοχόου Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ἐπίκλην δὲ Φιλαδέλφου, μνημονεύει Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν περὶ Φιλοπάτορα ἱστοριῶν. *item libro decimo tertio:* Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν ταῖς περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἱστορίαις. *Et quamuis hic vel solus ad probandū quod volumus sufficere poßet, nolo tamen præterire insigne testimonium Clementis Alexandrini Theologi doctißimi, unde hæc transtulit Arnobius noster, qui sic in Protreptico ad Gentes inquit:* οὐδὲ μὴν τὸν ἐν Τελμησσῷ βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ὃν μνῆμα εἶναι καὶ τοῦτον Τελμησσέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσιν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν τῷ α΄ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα, ἐν Πάφῳ λέγει, ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ Κινύραν καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους κεκηδεῦσθαι. *Quis iam adeò & mentis & corporis oculis orbus iudicetur? ut neq. animaduertat, neq. cognoscat, hanc esse veram & genuinam huius loci lectionem, quam nos è tenebris eruimus, quandoquidem ille iam dudum veram lectionem obliterauerat? Quare magis est temeritatis quàm prudentiæ, auctorum loca ex ingenio velle restituere, &*

præcipuè ea quæ ſpectant ad hiſtoriam. Tamen eò temeritatis hodie ventum eſt, vt multi omnia ex ingenio velint emendare, cùm ſæpiſſimè non intelligant mẽtem auctoris, & antiquitatis ſint imperiti.

De furtis Homeri.

CAP. III.

QVANQVAM *Homerus poëtarum princeps, multis magnã ſcribendi materiam ſuggeſſit, ac ſubminiſtrauit, ita vt Aeſchylus feratur ſolitus dicere, Tragœdias ſuas exiguas eſſe partes amplarũ Homeri cœnarũ: & poſteri omnes, meritò fures nuncupẽtur: Ipſe tamen Homerus eo vitio immunis omnino non fuit, quinetiam multa ab Orpheo, Muſæo & ſimilibus, qui illi ætate anteceſſerunt, furatus ſit. Quare cùm hæc ita ſint, non puto me operam luſurũ, ſi eius rei exempla quædam, quæ apud antiquos inter legendum obſeruaui, in medium attulero. Itaque vt rem à capite* καὶ ὥσπερ ἀφ' ἑστίας *arceſſamus, primum Iliadis verſum,*

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Iuſtinus philoſophus ſimul & martyr in protreptico ad Gentes eum ab Orpheo ſumpſiſſe teſtatur, qui ſic inquit:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου.

Sed præſtat integrum Iuſtini locum adſcribere: ὁ δὲ ποιητὴς Ὅμηρος τῇ τῆς ποιήσεως ἀποχρώμενος ἐξουσίᾳ, καὶ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς πολυθεότητος Ὀρφέως ζηλώσας δόξαν,

δόξαν, μυθωδῶς μὲν πλειόνων θεῶν μέμνηται, ἵνα μὴ δόξῃ τῆς Ὀρφέως ἀποστάδην ποιήσεως, ὡς ἔπος ζηλῶσαι προὔθετο, ὡς καὶ διὰ τῆς περὶ τοῦ ποιήσεως ἔπους τὴν πρὸς αὐτὸν σημαίνῃ σχέσιν· τοῦ γὰρ Ὀρφέως,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου,

ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος,

γέγραφεν, ἐλόμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐν ἀρχῇ, καὶ τοῦ κατὰ τὴν ποίησιν ἐκπεσεῖν μέτρου, ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ τῶν θεῶν ὀνόματος μεμνῆσθαι πρῶτος.

Item Orpheo dicente:

Ὡς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός.

Homerus transmutans dicit:

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Et Musaeo dicente:

Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα,
Ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει,
Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ καὶ φύλλον ἑλίσσει.

Homerus dicit:

Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρη,
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Et Musaeo dicente:

Ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν.

Homerus dicit:

Μήτι τοι δρυτόμος περιγίνεται ἠὲ βίηφι.

Et Orpheo dicente de Dionysij interitu:

Οἷον δὲ ζέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης

Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ
Καλὸν τηλιθάον, τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι
Παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ,
Ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ
Βόθρου τ' ἐξέστρεψε καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ.

Homerus hos versus ad verbum transtulit Iliad. ρ. vbi loquitur de Euphorbo, quem Menelaus interfecit. Et quæ Orpheus in Theogonia de Saturno dicit:

Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, κὰδ δέ μιν
Ἥρει πανδαμάτωρ. (ὕπνος

Ea Homerus Odyß. ι'. ad Cyclopem transtulit.

D. Augustinus illustratus & emendatus.

CAP. IIII.

AVGVSTINVS *lib. 19. cap. 23. De ciuitate Dei, vbi de Apollinis oraculis ex Porphyrio disputat, inter cætera sic inquit: Sed ad manifestiora veniamus, & audiamus, quàm magnum Deum dicat esse Iudæorum. Ita ad ea quæ interrogauit Apollinem, quid melius verbum siue ratio? Respondit, inquit, versibus, hæc dicens. Ac deinde subiungit Apollinis versus, in quibus & isti sunt, vt quantũ satis est inde decerpam:*

In Deum verò, inquit, generatorem, & in regem ante omnia
Quem tremit cælum & terra atque mare,
Et infernorum abdita, & ipsa numina perhorrescunt.

Quorum

Quorum lex est Pater, quem valde sancti hono-
rant Hebræi.

Cùm ad hunc locum nihil dicat doctiss. vir Lodui-cus Viues, qui doctissimis commentariis hunc au-ctorem illustrauit, non videbor operam ludere, si Oraculi versus Græcos à nobis obseruatos, in mediũ attulero. Oraculi itaque versus sic se habent, teste Lactantio, in libro De ira Dei cap. 23. qui sic in-quit: Apollo Milesius de Iudæorum religione consul-tus, responso hoc indidit:

Η'δὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα πρὸ πάντων
Ον τρέμεται καὶ γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
Ταρταρεοίτε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν.

Et paulò post eodem capite, sic inquit Augustinus: Denique tanquam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus, præter opinionem, inquit, profectò qui-busdã videatur esse, quod dicturi sumus. Christum enim dij piissimum pronunciauerunt, & immortalẽ factum, & cum bona prædicatione eius memine-runt. Christianos autem pollutos inquit, & con-taminatos, & errore implicitos esse dicunt: & mul-tis talibus aduersus eos blasphemiis vtuntur. Dein-de subijcit, velut Deorum oracula blasphemantium Christianos. & post hæc. De Christo autem inquit interrogantibus si Deus est, ait Hecate, Quandoqui-dem immortalis anima post corpus vt incedit, no-sti: à sapientia autem abscissa semper errat. viri pietate præstãtissimi est illa anima, hanc colũt aliena

à ſe veritate. Deinde poſt verba eius quaſi oraculi ſummam contexens: Pÿſſimum igitur virum, inquit, eum dixit, & eius animam ſicut & aliorum piorum poſt obitũ immortalitate donatam, & hanc colere Chriſtianos errantes. Interrogantibus autem inquit, cur ergo damnatus eſt, oraculo reſpondit Dea: Corpus quidem debilitantibus tormentis ſemper oppoſitum eſt, anima autem piorum cæleſti ſedi inſidet. Illa autem anima alÿs animabus fataliter dedit, quibus fata non annuerunt Deorũ obtinere dona, neque habere Iouis immortalis agnitionẽ, errore implicari. Propterea ergo Dÿs exoſi: quia quibus fato non fuit noſſe Deũ, & dona à Dÿs accipere, his fataliter dedit iſte errore implicari. Ipſe verò pius & in cælum ſicut pÿ conceſſit. Itaque hunc quidẽ non blaſphemabis, miſeraberis autem hominum dementiam ex eo in iis facile præcepsq́ periculũ. Hæc Porphyrÿ verba vnà cum Oraculis Græcè leguntur apud Euſebiũ lib. De demonſtratione Euangelica 3. quæ hic ſubÿcere in ſtudioſorũ gratiã nõ inutile fore exiſtimaui. Auctoris itaq. verba ſic ſe habent: παράδοξον ἴσως δόξειεν ἄν τισιν εἶναι τὸ μέλλον λέγεσθαι ὑφ' ἡμῶν. τὸν γὰρ χριστὸν οἱ θεοὶ εὐσεβέστατον ἀπεφήναντο, καὶ ἀθάνατον, εὐφήμως τε αὐτοῦ μνημονεύουσι. καὶ ὑποβὰς ἐπιλέγει, περὶ γοῦν τοῦ χριστοῦ ἐρωτησάντων εἰ ἐστὶ θεός, φησιν·

Οττι μὲν ἀθανάτη ψυχὴ μετὰ σῶμα προβαίνει
Γιγνώσκει σοφίη τετιμημένος· ἀλλά γε ψυχὴ

Ἀνέρος

Ἀνέρος εὐσεβείη προφερεστάτη ἐστὶν ἐκείνου.
Εὐσεβέστατον ἄρα ἔφη αὐτὸν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, κα-
θάπερ καὶ τῶν ἄλλων, μετὰ θάνατον ἀποθανατισθῆ-
ναι, ἣν σέβειν ἀνοοῦντας τοὺς χριστιανούς. ἐπερωτη-
σάντων δὲ διά τι ἐκολάσθη, ἔχρησεν.

Σῶμα μὲν ἀδρανέσιν βασάνοις αἰεὶ προβέβληται,
Ψυχὴ δ' εὐσεβέων εἰς οὐράνιον πέδον ἵζει.

καὶ ἐπιλέγει μετὰ τὸν χρησμὸν ἑξῆς, αὐτὸς οὖν εὐσεβὴς
καὶ εἰς οὐρανοὺς ὥσπερ οἱ εὐσεβεῖς χωρήσας· ὥστε τοῦτον
μὲν οὐ βλασφημήσεις, ἐλεήσεις δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν
ἄνοιαν. *Hactenus ille. Idem in initio eiusdem ca-
pitis (quod propemodum prætereram) sic loquitur:
Nam in libris quos* θεολογίων φιλοσοφίας *appellat,
in quibus exequitur atque conscribit rerum ad phi-
losophiam pertinentium, velut diuina responsa. vbi
libenter, (si vllus sit coniecturæ locus) legerim pro*
θεολογίων, ἐκλογίων. *Libri enim Porphyrij philo-
sophi* ἐκλογίων φιλοσοφίας *sæpissimè in testimoniũ
adducuntur ab Eusebio, & alijs.*

Stobæi loca quædam emendata.

CAP. V.

LICET *præclaram operam nauarit in Ioannis
Stobæi collectaneis emendandis Conrardus Gesne-
rus, vir omnium litterarum peritissimus, non tamẽ
potuit immẽsum illud pelagus mendarũ exinanire,
præcipuè propter meliorum codicum, eorumq́; ma-
ximè auctorum, vnde opus tam varium consutũ est,*

penuriam. Quare nos non grauabimur huic auctori pæoniam manum addere, quatenus datur, sanando locum vnum atque item alterum. Itaque in capite περὶ διαβολῆς *leguntur hi versus Euripidis:*

Εὐγλωσσία γὰρ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
Δίκαια λέξας, ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

quos versus sic vertit interpres:

Sæpè aliquis eloquentia superatus
Licet iusta dixerit, posthabetur tamen eloquenti.

Quam interpretationem omnino alienam à vero esse puto: longè enim concinnior & melior lectio erit, si pro εὐγλωσσία *legas* ἀγλωσσία. *Vt hic sit horum verborum sensus: Linguæ infantia sæpè impeditum aliquem, etiamsi iusta dixerit, & causam habuerit iustam, tamen minus ius suum obtinere, quàm homo eloquens, qui licet iniusta dixerit, & etiam iniustam causam habuerit, tamen suum obtinet ius, propter eloquentiam nimirum, vt qui per eloquentiam suam iusta & vera, iniusta & falsa videri facit, & contrà. Atque adeò falsum videtur secundum Euripidem, quod inquit Statius Cæcilius, eloquentiam innocentiam esse, vt est apud Apuleium, qui sic inquit: Sanè quidem si verum est, quod Statium Cæcilium in suis poëmatibus scripsisse dicant, innocentiam eloquentiam esse. Ego verò profiteor ista ratione, ac præ me fero, nemini omnium de eloquentia concessurum. Apud eundem in Sermone 103. leguntur hi versus:*

Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως

Ἀγάμεμνον Ἀτρεῦ. δεῖ δέ σε χαίρειν

Κἂν μή συ θέλης. τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται,

Οὐκ ἐπὶ πᾶσιν ἔφυς ἀγαθοῖς

καὶ λυπεῖσθαι. θνητὸς γὰρ ἔφυς. *Hic locus, quod ignorauit interpres, ex Eurip. Iphigenia in Aulide, vbi longè aliter legitur, sumptus est. Apud Stobæum autem videntur quædam esse transposita, & inuersa. Apud Euripidem enim Agamemnon statim in initio colloquens cum sene, deplorat statum suum, longeq; beatiorem existimat illum, qui securè & tranquillè, etiam ignotus & inglorius vixerit, & qui (vt inquit poëta) natus moriensq; fefellit: quàm si qui semper in administrãda gubernandaq; republica & regno versans, magnam sibi gloriam, magnumq; nomen pepererat, cùmq; senex diceret, esse hoc gloriosum & pulchrum, sed hoc pulchrum, inquit Agamemnon, res est admodum lubrica, & nimis multa secum mala apportans, cui respondit hoc modo senex:*

Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως

Οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς

Ἀγάμεμνον, Ἀτρεὺς

Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι,

Θνητὸς γὰρ ἔφυς, κἂν μή συ θέλῃς

Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

Et in serm. De vituperio senectutis hi versus Euripidis citantur:

E s Ἀλλ'

Ἀλλ᾽ ἢ τὸ γῆρας τ᾽ κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἤτ᾽ ἀφροδίτη τοῖς ἐρῶσιν ἄχθεται.

quos sic vertit interpres:

Sed aut senectus Venerem valere iubet,
Aut Venus ægrè fert amatores huiusmodi.

Nos secundum versum hoc pacto legendũ censemus: ἤτ᾽ ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται. *sic enim melius omnia inter se correspondebũt, vt sit sensus, Aut senes odio habere Venerem, aut Venerem senes.*

In sermone De assiduitate hic versus citatur: Οκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν. *quem sic vertit interpres: Nunc sum ignauus, qui præteritos labores frustra tuli. legẽdum est* ἐκχέαι χάριν, *vt sit sensus: Nolo priorum laborum gratiam effundere. Et in serm. De dominis & seruis, hi Euripidis versus citantur:*

Κρεῖσσον γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ᾽ ἐλεύθερον
Τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι.

quos sic vertit Gesnerus:

Melius est neque seruum neque ingenuum
Alere domi tutum est sapientibus.

nullo cum sensu: quare puto legendum pro κρεῖσσον, κρείσσονα, *id est, meliorem se neque seruum, neque ingenuum alere domi tutum esse sapientibus. & in sermone De comparatione paupertatis & diuitiarum hi versus leguntur:*

Καὶ θεοῖς μικρᾷ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους. *primum*

versum

versum mutilum cùm videret interpres, putauit legendum, θεοῖς τι μικρᾶ. *Ego rectius & verius legendum contenderim,* καὶ θεοῖσι μικρᾶ, *vt etiam alibi scriptum reperi.*

Ciceronis loca quædam illuſtrata.

CAP. VI.

CICERO *libro 1. De diuinatione, Obijciūtur etiā, inquit, ſæpè formæ, quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciē autē offerūt, quod cōtigiſſe Brenno dicitur, eiusq́; Gallicis copijs, cùm fano Apollinis Delij nefariū bellū intuliſſet: tū enim ferunt ex oraculo hæc fatum eſſe Pythiam: Ego prouidebo rem iſtam et albæ virgines. Ex quo factum eſt, vt & viderētur virgines ferre arma cōtrà, & niue Gallorum obrueretur exercitius. Oraculum hoc Græcè ſic à Suida aliisq́; refertur:*

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

Et libro primo Tuſculanarū Quæſt. Ergo animus, qui vt eo dico, diuinus, vt Euripides audet dicere, Deus eſt. Huius Euripidis dicti ſic meminit Theon Sophiſta in Progymnaſmatibus, vbi de Chria agit: Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου ἔφησεν εἶναι θεόν. *Euripidis autem verſum opinor eſſe hunc, qui legitur inter Monoſtica Menandri:*

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ θεός.

Idem in 2. de Oratore ad Q. Frat. Sæpe enim audiui poëtam bonum neminem, (id quod à Democrito & Platone in ſcriptis relatum eſſe dicunt) ſine inflam-

inflammatione animorũ existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Et in primo De diuinatione, Negat sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse. Et Horatius in Arte poëtica, --Et excludit sanos Helicone poëtas Democritus. Platonis verba ex Ione hæc sunt : κοῦφον γὰρ χρῆμα ὁ ποιητής ἐστι, καὶ πτηνὸν καὶ ἱερὸν, καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν, πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων. *Democriti autem verba hæc esse puto, vt alibi citata inueni :* ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστιν. *Idem libro 2. Tusculanarum : Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. Et in 2. Finium : Metrodorus penè aliter quàm Epicurus, beatum esse describit his ferè verbis : Cùm corpus bene constitutum sit, & exploratum ita futurũ. Et libro 3. Officiorum : Nam si non modò vtilitas, sed vita omnis beata corporis firma constitutione, eiusq́ constitutionis spe explorata, vt à Metrodoro scriptum est, continetur. Huius Metrodori sic meminit Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum :* ὅ, τε Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, Ἀγαθὸν (φησι) ψυχῆς τί ἄλλο, ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα. *Huius dogmatis meminit & Plutarchus in libro* ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον. *hoc modo inquiens :*

inquiens: Ὅθεν αὐτοί μοι δοκοῦσιν, τούτων αἰσθόμενοι τὴν ἀτοπίαν, εἰς τὴν ἀπόνοιαν καὶ τὴν εὐστάθειαν ὑποφεύγειν τῆς σαρκὸς, ὡς ἐν τῷ ταύτην ἐπινοεῖν περί τινας ἐσομένην καὶ γεγενημένην, τοῦ ἡδέως ζῶντος. τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα, τὴν ἀκροτάτην χαρὰν καὶ βεβαιοτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις. *Idem in libro qui inscribitur* ὑγιεινὰ παραγγέλματα, *sic inquit:* ἐπίκουρόν τε καὶ τοὺς περὶ ἐπίκουρον οὐδὲν ὤνησε πρὸς τὴν ὑμνουμένην σαρκὸς εὐστάθειαν *&c. Huc etiam respexisse videtur Gellius lib. nono capite quinto Noctium Atticarum, cùm sic inquit: De voluptate veteres philosophi diuersas sententias tenuerunt, atque Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit, eam tamen ita definit* σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.

Epigrammata duo auctori suo vindicata.

CAP. VII.

DE *Corinthijs in Salamina sepultis, hoc Epigramma incerto auctore adducitur à Plutarcho in libro* περὶ τῆς ἡροδότου κακοηθείας·

Ὦ ξένε ἔνυδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ κορίνθου,
Νῦν δὲ ἀνάμαζος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.
Ἐνθάδε φοινίσσας νῆας καὶ πέρσας ἑλόντες
Καὶ μήδους ἱερὰν ἑλλάδα ῥυόμεθα.

Quod iam nos Simonidi auctori suo vindicamus, vt &

vt & hoc quod sequitur apud eundem, de Adamantio Corinthio:

Οὗτος Ἀδειμάντου τάφος, ὃν διὰ πᾶσα
Ἡ Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

idq́; auctoritate Dionis Chrysostomi Rhetoris excellentissimi, qui in Corinthiaco hæc duo Epigrammata nomine Simonidis adducit: eius verba hæc sunt: Ἡρόδοτῳ γὰρ οὐ προσέχω, ἀλλὰ τῷ τάφῳ. καὶ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπέγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν κορινθίων, τεθαμμένοις ἐν Σαλαμῖνι. Ὦ ξεῖνε *&c. & paulò pòst:* ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδῃ, εἰς αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐξαίρετον. Οὗτος *&c. Notandum præterea est, apud Dionem pro* νῦν δὲ ἀνάματος, *rectius legi,* νῦν δὲ μετ' αἴαντος. *Aiax enim fuit Salaminius. Reliqua melius sunt apud Plutarchum, quàm Dionem. Hæc autem Epigrammata eo libentius annotaui, quòd inter Simonidea relata non videam à Fuluio Vrsino viro vt doctissimo, ita & diligentissimo, beneq́; de litteris merito.*

Aulus Gellius emendatus:

CAP. VIII.

CVM *diuersa auctorum loca, partim emendare, partim explicare hoc opusculo propositum nobis sit: non videtur ab hoc auctorum catalogo reijciendus Noctium Atticarum scriptor, in quo cùm plurima insint menda, tum nō leuis error est libro 16.*

cap. 6. vbi de vocabuli Susq; deq; agens, significatione, inter cætera adducit hos versus Lucilij:

Verùm hic ludus ibi, susq; omnia deq; fuerunt,
Susq; & deq; fuère, inquam, omnia, ludus iocusq;.
Illud opus durum, vt setinum accessimus finem
Ἐπὶ τὸ λοιπὸν,
Vt aiunt, montes Aetnæ omnes asperi Athones.

Quorum versuum postrema verba mendosa esse, vt dicere est facile, sic contrà difficile, veram ex his lectionem elicere, præsertim cùm in omnibus editionibus, quas ego quidem viderim, ita legantur. Caterùm cùm aliquando Obertus Gifannius vir doctissimus, mihiq; amicissimus (qui praclaram in hoc auctore operam nauauit, adeò vt posthac plus illi, quàm ipsi auctori hactenus quisquam debiturus sit) horum versuum scripturam antiquam nō eam quidem veram, sed vero proximā, vt in manuscriptis codicibus legebatur, mecum communicasset, visus mihi sum veram & genuinam huius loci lectionem elicuisse. Itaque pro eo quod legitur in vulgatis editionibus omnibus:

ἐπὶ τὸ λοιπὸν.
Vt aiunt, montes Aetnæ omnes asperi Athones;

in manuscriptis legebatur,

Αἰπίλιποι *montes Aetnæ omnes asperi Athones.*

Vbi quid vocabulum hoc Αἰπίλιποι sibi velit, non est facile explicare, præsertim cùm tale in Græca

lingua non reperiatur. Ego re paulò diligentius perspecta, unius litteræ mutatione, videor veram lectionem inuenisse, nimirum sic legendo:

Αἰγίλιποι *montes Aetnæ omnes asperi Athones. Ad hoc autem probandum, videtur vel vnus Homerus sufficere, qui multis in locis sic inquit:*

ἤτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης. *cùm loquitur de scopulo aliquo prærupto, & rupe adeò alta, vt præ altitudine à capris relinquatur.*

Locus Plutarchi & item Apulei emendatus.

CAP. IX.

PLVTARCHVS *in Erotico de Solone Legislatore sic inquit:* ὡς καὶ Σόλων κατέβαλε, δούλοις μὲν ἐρᾶν ἀρρένων παίδων ἀπεῖπε, καὶ ξηραλοιφεῖν. χρῆσθαι δὲ συνουσίαις γυναικῶν οὐκ ἐκώλυσε. καλὸν γὰρ φιλία καὶ ἀστεῖον. ὀ σίνει γὰρ δούλοις ὁ ἔρως καθάπερ τῶν γυναικῶν. ἔτι δὲ πλείονα λέγειν προθυμουμένου τοῦ Πρωτογένους ἀντικρούσας ὁ Δαφναῖος, εὖ γε νὴ Δία ἔφη τοῦ Σόλωνος ἐμνήσθης. καὶ χρηστέον αὐτῷ γνώμονι τοῦ ἐρωτικοῦ ἀνδρός.

Ἐς θήβης ἐρατεῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ
Μηρῶν καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Huius distichi postremum versum mancum & mutilum esse, quis est qui non ignorat? itaque opera danda est, vt quàm optimè hic hiatus compleri possit. Ego, si quis sit coniecturæ locus, sic hunc

versum

versum explendum & emendandum putaui,

Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Atque hanc coniecturam meam, nō ita multo pòst, Athenæi quidam locus, in quem casu incideram, cōfirmauit. qui sic se habet: παρὰ δὲ Σπαρτιάταις, ὡς Αγνων φησὶν ὁ Ακαδημαϊκὸς, πρὸ τῶν γάμων ταῖς παρθένοις ὡς παιδικοῖς νόμος ἐστὶν ὁμιλεῖν. καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Σόλων ἔφη,

Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Et pro eo quod legitur in primo versu, Ἐς.θήβης, *doctissimus vir Guilielmus Canterus frater meus ante quinquennium me admonuit; sibi legendum videri* ἐφ' ἥβης. *quam emendationem, quod huic loco maximè videatur esse oportuna & conueniens, præsertim cùm nulla constet mutatione litterarum, non dubitaui hic cum studiosis communicare. Hic autem locus me admonet etiam Apulei quendam locum eadem opera tanquam vna fidelia duos dealbantem parietes, nitori suo restituere. Huius itaque hæc sunt verba ex Apologia pro se ipso prima: Fecit versus Apuleius, si malos, crimen est. nec tamen id philosophi, sed poëtæ. sin bonos, quid accusas? At enim ludicros & amatorios fecit. Num ergo hæc sunt crimina mea? & nomine erratis, qui me Magiæ detulistis? Fecere tamen & alij talia, etsi vos ignoratis, apud Græcos Teius quidam Lacedæmonius & ciuis, cum aliis innumeris & mulier Lesbia, lasciuè quidem illa, tantáq; gratia, vt nobis*

insolentiam linguæ suæ, dulcedine carminum commendet. Apud nos vero Aedituus, & Portius, & Catullus. Isti quoque cum aliis innumeris. At philosophi non fuerunt. Num igitur etiam Solonē fuisse serium virum atque philosophum negabis? Cuius ille lasciuissimus versus est:

Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

in omnibus autem codicibus impreßis vulgò hic legitur, hoc modo, μείρων εἰ μείρων. *Et vt vnde digreßi sumus reuertamur, idem Plutarchus in eodem & libro & loco hos versiculos Aeschyli adducit, cùm inquit:*

Πρόσλαβε δὲ τῷ Σόλωνι, καὶ τ̀ Αἴσχυλον λέγοντα
Σέβας δὲ μηρῶν * οὐ κατῃδέσω
Ω᾽ δυσχάριστε τῶν πικρῶν φιλημάτων.

Quibus in versibus, vt omittam in primo versu, desiderari aliquid, mirum tamen est à nemine hactenus obseruatum, pro πικρῶν, πυκνῶν *in postremo legendum, etiam ipso Plutarcho teste, qui in libro, qui inscribitur,* πῶς ἄν τις διακρίνειε τ̀ κόλακα τοῦ φίλου, *sic inquit:* ὡς ἀνέραστα καὶ σκληρὰ καὶ νεμεσητὰ ποιοῦντος,

Ω᾽ δυσχάριστε τ̃ πυκνῶν φιλημάτων.

Iam cum primum versum in antiquo quodam scriptore sic scriptum inuenissem:

Σέβας δὲ μηρῶν, ἁγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω σω: *Non dubitaui versum hunc apud Plutarchū, addita voce* ἁγνὸν, *hoc pacto emendare:*

Σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν, οὐ κατῃδέσω.

Arno-

Arnobij antiqua lectio defensa.

CAP. X.

LOCVS *Arnobij quem adducere volui, est ex libro quarto contra Gentes, vbi ille, quem suprà nominaui, veram lectionẽ loco suo deturbauit, suamq́ue & adulterinam supposuit, malo mehercule exemplo. Sed ipsum Arnobiũ audiamus, cuius hæc sunt verba, paulò altius, vt melius intelligantur, repetita. Aiunt igitur Theologi vestri, & vetustatis absconditæ con[illegible], tres in rerum natura Ioues esse: ex quibus vnus Acthere sit patre progenitus, alter Cœlo; tertius verò Saturno, apud insulam Cretam & sepulturæ traditus & procreatus. Quinque Soles, & Mercurios quinque, ex quibus, vt referunt, Sol primus Iouis filius dicitur, & Aetheris habetur nepos: secundus Rhea & Hyperione proditus genitore. Sic hunc locũ emendauit, aut potius corrupit, Gelenius, cùm antea legeretur, Secundus Regina & Hyperione proditus genitore. Equidem nescio qua ratione impulsus, hunc locum mutandum duxerit, & licet controuersum admodum inter auctores sit, qua ex matre Sol Hyperioni natus fuerit, adeo vt quidam negent constare, & alij aliud dicant, ne sic quidem causa satis idonea est, quare hæc lectio sit reijcienda, imò ea de causa minimè mutanda, & antiqua scriptura esset religiosè seruanda. Sed, meo quidem iudicio, nimis temerè & inconsideratè (quod tamen pace eius dictũ sit) in multis locis versatus est.*

Nobis quidem religio esset, ita temerè aliquid mutare, eaq́ de causa antiquam semper lectionẽ, quantũ in nobis est, defendere conamur. Et si (vt ad propositum redeam) hæc lectio nullo auctorum testimonio comprobari possit, non tamen idcirco, in tanta præsertim sententiarum diuersitate, esset reycienda: Quanto verò minus iam cum insigni & præclaro testimonio Diodori Siculi confirmetur. cuius hæc sunt verba: Οὐρανοῦ δὲ μυθολογοῦσι γενέσθαι παῖδας ἐκ πλειόνων γυναικῶν με΄. καὶ τούτων ιη΄ λέγουσιν ὑπάρχειν ἐκ τιταίας, ὄνομα μὲν ἴδιον ἔχοντας ἑκάστους, κοινῇ δὲ πάντας ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομαζομένους τιτᾶνας. τὴν δὲ τιταίαν, σώφρονα οὖσαν, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν γενομένην τοῖς ἄλλοις, ἀποθεωθῆναι μετὰ τὴν τελευτὴν ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων, γῆν μετονομασθεῖσαν, γενέσθαι δ' αὐτῷ καὶ θυγατέρας, ὧν εἶναι δύο τὰς πρεσβυτάτας πολὺ τῶν ἄλλων ἐπιφανεστάτας, τήν τε καλουμένην βασίλειαν, καὶ ῥέαν τὴν ὑπ' ἐνίων Πανδώραν μετονομασθεῖσαν. τούτων δὲ τὴν μὲν βασίλειαν, πρεσβυτάτην οὖσαν καὶ σωφροσύνῃ τε καὶ συνέσει πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, ἐκθρέψαι πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, κοινῇ μητρὸς εὔνοιαν παρεχομένην. διὸ καὶ μεγάλην μητέρα προσαγορευθῆναι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μετάστασιν. *&c.*

Clemens

Clemens Alexandrinus emẽdatus & illuſtratus: item verſio eius correcta.

CAP. XI.

CLEMENS *Alexandrinus octo ſcripſit libros Stromatum, omni & eruditione & antiquitate adeò refertos, vt eos nemo pro meritis ſatis laudare ac verbis extollere vnquam dignè poſſit. Iidem tamen ita ſunt corrupti ac deprauati, vt vel Delio aliquo natatore opus habeant, ad menda omnia perſananda: ſed quando, vt inquit Comicus, id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſſis: Itaque contenti erimus, ſi quædam vulnera è multis (quandoquidẽ totum corpus integritati ſuæ reſtituere non licet) ſanare poſſimus. Quare libro quinto Stromatum, vbi poëtarum & philoſophorum adducit teſtimonia de vno Deo, inter cætera ſic inquit:* μυστικώτερον δὲ ὁ μὲν Βοιώτιος Πίνδαρος, ἅτε Πυθαγόρειος ὢν, ἓν ἀνδρῶν ἐνθέων γένος· ἐκ μιᾶς δὲ ματρὸς πνέομεν ἄμφω τῆς ὕλης παραδίδωσι· καὶ ἕνα τὸν τούτου δημιουργὸν, ὃν ἀριστοτέχναν πατέρα λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ᾽ ἀξίαν εἰς θειότητα παρεσχημένον. *Quem locum ſic vertit interpres: Magis autẽ myſticè Pindarus quidem Bœotius, vt qui eſſet Pythagoreus, vnum virorum dicens diuinitus afflatorũ eſt genus, ex vna autem matre ſpiramus ambo, tradit materiam & vnum eius opificem, quem vocat præclarum & optimum artificem, qui etiam pro meritis progreſsionem tribuit ad diuinitatem. Vbi*

primùm quidem Pindari locus à Clemente adductus, mendosus est, & sic legendus:

ἓν ἀνδρῶν ἓν θεῶν γένος.

Et hic error licet leuis, satis decepit tamen interpretem. Deinde τῆς ὕλης, *non est cum sequentibus, sed cum praecedentibus, construendum. vt talis sit sensus, Ex vna matre spiramus ambo, nimirum materia. Quare locus Clementis, meo quidem iudicio, sic legendus & distinguendus est:* Μυσικώτερον δὲ ὁ μὲν βοιώτιος Πίνδαρος, ἅτε Πυθαγόρειος ὢν

ἓν ἀνδρῶν ἓν θεῶν γένος. ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Ματρὸς ἀμφότεροι,

τῆς ὕλης. παραδίδωσι καὶ ἕνα τὸν τούτου δημιουργὸν, ὃν

Ἀριστοτέχναν πατέρα

λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ᾽ ἀξίαν εἰς θειότητα παρεσχημένον. *Quod dicit,* ἀριστοτέχναν πατέρα, *inter ea, quae extant Pindari, nisi mea me fallat memoria, non legitur. Eius tamen dicti etiam Plutarchus aliquotiens meminit, vt libro I. Symposiacôn, vbi sic inquit:* καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷς, ὃν ἀριστοτέχναν ἡμῖν ὁ Πίνδαρος προσεῖπεν. *Et contra Stoicos:* ὁ δὲ παμβῶος καὶ ὕπατος καὶ θεμίσιος ζεὺς, καὶ ἀριστοτέχνας κατὰ Πίνδαρον, οὐ δρᾶμα δήπου μέγα, καὶ ποικίλον, καὶ πολυμαθὲς, δημιουργῶν τὸν κόσμον, *&c. Et in libro qui inscribitur,* περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ

θείου

θείου βραδέως τιμωρουμένων, *sic inquit*: ὅτι γὰρ ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη δὲ καὶ δικαιοσύνη προσαγορευομένη, πασῶν ἐστὶ τεχνῶν μεγίστη, πρὸς μυρίοις ἑτέροις καὶ Πίνδαρος ἐμαρτύρησεν, ἀριστοτέχναν ἀνακαλούμενος τὸν ἄρχοντα. καὶ κύριον ἁπάντων θεὸν &c. *Et Clemens in Protreptico*: τίς ἐνεφύσησε ψυχήν, τίς δικαιοσύνην ἐδωρήσατο, τίς ἀθανασίαν ὑπέσχηται; μόνος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ ἀριστοτέχνας πατὴρ τοιοῦτον ἄγαλμα ἔμψυχον ἡμᾶς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν. *Pindari versus hac de re, ut diximus, nō extant: nos tamen quæ apud alios multa lectione comperimus, in medium adducere non grauabimur. Pindari ergo verba hæc sunt:*

Δωδωναῖε μεγασθενὲς
Αριστοτέχνα πάτερ.

teste Dione Chrysostomo, cuius hæc sunt verba ex Olympico: ὁ πάνυ καλῶς ποιητὴς προσεῖπεν ἕτερος.

Δωδωναῖε μεγασθενὲς
ἀριστοτέχνα πάτερ. οὗτος γὰρ δὴ πρῶτος καὶ τελειότατος δημιουργὸς, χορηγὸν λαβὼν τῆς αὐτοῦ τέχνης, οὐ τὴν ἠλείων πόλιν, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν τοῦ παντὸς ὕλην. *Hæc sunt verba Dionis Chrysostomi Rhetoris excellentissimi, qui quamuis non nominet Pindarum, eum tamen esse, ex iis quæ antè attulimus, non difficile est colligere, adeò ut quantum ad me ne dubitem quidem, & vel Iouem lapidem iurauerim.*

Lactantij locus illustratus.

CAP. XII.

LACTANTIVS *Firmianus Arnobij discipulus lib. 3. Institutionum cap. 19. vbi de anima & morte agit, inter cætera sic inquit: Quid ergo dicemus, nisi autem errare illos, qui aut mortem appetunt tanquam bonum, aut vitam fugiunt, tanquam malum? nisi quod sunt iniquissimi, qui pauciora mala non compensant bonis pluribus. Nam cùm omnem vitam per exquisitas & varias traducant voluptates, mori cupiunt, si quid fortè his amaritudinis superuenerit, & sic habent, tanquam illis nunquam fuerit bene, si aliquando fuerit malè. Damnant igitur vitam omnē plenamq́; nihil aliud, quàm malis opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia, Hanc esse mortem quam nos vitam putamus, illam vitam quam nos pro morte timeamus. Sententia hæc, quam hoc loco vt ineptam exagitat Lactantius, est Euripidis, viri quiduis potius quàm inepti: & de quo Cicero pronunciare non dubitauit, se singulos eius versus singula testimonia putare. Cuius ergo versus Græcos, quos Lactantius Latinis verbis extulit, non grauabor in medium adducere. Versus igitur hi sic leguntur apud Græcos scriptores:*

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς.

Eandem hanc sentētiam, etiam pluribus verbis, Euripides alio loco, teste Stobæo, extulit, hoc modo:

Τίς

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστὶ, πλὴν ὅμως βροτῶν
Νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
Οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Versibus duobus Euripidis, superius allatis, hoc modo parodicè usus est Aristophanes in βατράχοις:

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν.
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν· καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον.

Callimachi versus restitutus.

CAP. XIII.

CIRCVMFERTVR *apud auctores versus quidam Callimachicus, quem hactenus corruptum, nos iam suo nitori restituemus. Atque hic usui venit, quod in multis auctoribus usu venisse, nemo est vel mediocriter in litteris versatus, qui ignoret; nimirum ut glossa pro textu ponatur: quod quo facilius agnosci possit, versum Callimachi, ut vulgò legitur, in medium adducam.*

Ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

Quo in versu omnino (nisi mea me fallat opinio) glossa in contextum irrupit: quare puto ego (ne sim longus) sic hunc versum legendum esse:

Αεὶ τοῖς μίκκοις μῖκκα διδοῦσι θεοί.

Atque ita legendum esse, unus abundè locuples testis erit Etymologici auctor, qui in dictione μίκκας, *citat partem huius versus, (& legit expressè*

pro μικροῖς μικρὰ, μικκοῖς μικκὰ) vt probet μικκὸς pro μικρὸς dici.

Phidiam quendam ab ſe amatum puerum habuiſſe, nomine Pantarcen. deque eo Arnobius, Nazianzenus, & Suidas emẽdati.

CAP. XIIII.

Ex *hiſtoriis cognoſcimus Phidiam pictorem habuiſſe quendam ab ſe amatum puerum, nomine Pantarcen, quem tantopere eum dilexiſſe tradunt, vt cùm Olympij Iouis ſtatuam (de qua tam frequens apud auctores mentio eſt) elaboraſſet, in Dei digito huius pueri nomen poſuerit. Quare cùm hæc ita ſint, mirari ſatis nequeo, quid quibuſdam in mentem venerit, vt locum Arnobij emendando peruerterent. Verba Arnobij hæc ſunt ex libro 6. vt leguntur in vulgatis codicibus: Inter ſignifices ille memeratus Phidias et primus, cùm Olympij formã Iouis molimine operis extuliſſet immenſi; ſuper Dei digito Pantauches inſcripſit pulcher. nomen autem fuerat amati ab ſe pueri, & obſcæna cupiditate dilecti: neque vllo metu eſt aut religione commotus, Deum nomine proſtibuli nuncupare, quinimò exolcto Iouis numen ſimulachrumq́ ſacrare. In quibus verbis falsè legitur Pantauches, pro Pantarces, vt in codice Romano, quæ vera eſt lectio: & quamobrem hæc ſit mutanda, rationem non video. Hanc autem eſſe veram & genuinã huius loci lectionem,*

vel

vel vno Clementis testimonio peruincam, cuius hæc sunt verba: ὁ μὲν ἀθηναῖος φειδίας, ἐπὶ τῷ δακτύλῳ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐπιγράψας· Παντάρκης καλὸς· οὐ γὰρ καλὸς αὐτῷ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ ἐρώμενος ἦν. *Huius etiam facit mentionem Pausanias lib.* v. *cùm inquit: Quem verò tenia redimitum videas, eum ex ipsa corporis specie, Pantarcen esse suspicantur, Eleum puerum, amore Phidiæ deuinctum. Idem lib. 6. Post Icium Tarentinum Pantarces victis in lucta pueris erectus est, fuit hic Phidiæ in amoribus. Et ex his supra allatis illustratur alius locus Pausaniæ, qui sic se habet: Puer tenia redimitus Phidiæ causa, & eximiæ eius in fingendo solertiæ non fuit nobis prætermittendus, quòd scilicet neminem alium nouimus, cuius effigiem expresserit Phidias. Nec solùm hoc nomen apud Arnobium corruptè legitur, sed etiam apud Gregorium Nazianzenũ in suis Iambicis, quos superioribus annis Ioannes Sambucus (vir vt doctissimus & antiquitatis studiosissimus, sic etiam magnum aceruum antiquorum & manuscriptorum codicum, eorumq́ magna ex parte nunquam luce donatorum possidens) typis imprimi curauit, per optimum & diligentissimum Typographum amicũ nostrum Christophorum Plantinum. Locus autem Nazianzeni hic est:*

Τοῖς σφῶν δ' ἑταίραις τὴν ἀφροδίτην οἱ σοφοὶ
Μορφοῦσιν· ὡς θεοῖντα τῷ σοφίσματι.
καὶ φειδίᾳ τὰ παιδικὰ ἐν τῷ δακτύλῳ

τῆς

τῆς παρθένου γραφέντα πάντ' ἀρκεῖ καλῶς. *ubi ego omnino in ultimo verſu legendũ exiſtimo,* παντάρκης καλός. *Ad eandem enim ſuperius allatam hiſtoriam alludit Nazianz. licet dicat hoc nomen Phidiam poſuiſſe in digito Mineruæ, & non, ut alij, in digito Iouis Olympij. Ad extremũ & apud Suidam hoc nomen corruptè legitur, cuius hæc ſunt verba:* Ῥαμνουσία νέμεσις. αὕτη πρῶτον ἀφίδρυτο ἐν Ἀφροδίτης σχήματι, διὸ καὶ κλάδον εἶχε μηλέας. ἱδρύσατο δ' αὐτὴν Ἐρεχθεὺς μητέρα ἑαυτοῦ οὖσαν, ὀνομαζομένην δὲ Νέμεσιν καὶ βασιλεύσασαν ἐν τῷ τόπῳ. τὸ δὲ ἄγαλμα Φειδίας ἐποίησεν, οὗ τὴν ἐπιγραφὴν ἐχαρίσατο Ἀγορακρίτῳ τῷ Παρίῳ ἐρωμένῳ. ὃς καὶ Ὀλυμπίασι δακτύλῳ τοῦ Διὸς ἐπέγραψεν αὐταρκής. καλὸς δὴ ἦν οὗτος ἀργεῖος ἐρώμενος αὐτοῦ. *Quem locum ſic vertit interpres: Rhamnuſia Nemeſis. Hæc primùm dedicata fuit Veneris ſpecie, eoq́ mali ramum geſtabat. Dedicauit autem eum Erechtheus matris ſuæ nomine, quæ Nemeſis dicebatur, eoq́ in loco regnarat: ſtatuam Phidias fecit, cuius inſcriptionem cõceſſit Agoracrito Pario, amaſio ſuo, homini formoſiſſimo. Qui & Olympiæ digito Iouis inſcripſit* αὐταρκής *.i. ſua ſorte contẽtus. Sic interpres ille, homo alioquin doctiſſimus, mendoſum enim exemplar ipſi impoſuit. Itaque nos hũc locum integritati ſuæ reſtituendum putamus, hoc modo:* ὃς καὶ Ὀλυμπίασι δακτύλῳ τοῦ Διὸς ἐπέγραψεν, παντάρκης καλός. καλὸς δὴ ἦν οὗτος ἀργεῖος

ἐρω-

ἐρώμενος αὐτοῦ. καλὸς quod interpoſuimus eſſe huic loco neceſſarium, quilibet facilè perſpicere poterit, lectis iis quæ ſuprà ex Arnobio & Clemente Alexandrino attulimus. Nec hoc vlli mirum videri debet, fuiſſe omiſſum, cùm id factum ſit propter καλὸς ſequens. Scriptores enim magis diligẽtes quàm docti, putarunt hoc commiſſum eſſe, priorum incuria ſcriptorum, vt vnam dictionem bis ponerent; itaque vnum καλὸς è medio ſuſtulerunt, quod iam à nobis in ſuum locum reponendum fuit. Atque hæc hactenus.

Plutarchus & Dionyſius Halicarnaſſeus ab eodem propemodum errore vindicati.

CAP. XV.

NON *opinor nobis vitio vertetur, ſi ſæpius hoc noſtro libello Plutarchum inferre conati fuerimus, cùm etiam ſimilia ab aliis factitata eſſe videamus. Quare non deſinã auctori tam deprauato moleſtus eſſe. Itaque in libro περὶ δεισιδαιμονίας ſic inquit:* Οὐ γὰρ γῆς ἀντίφραξις ἐν μέσῳ γινομένης φοβερὸν, οὐδὲ δεινὸν ἐν καιρῷ πεδίων σκιᾶς περὶ σελήνην ἀπαντησάσας, ἀλλὰ δεινὸν τὸ τῆς δεισιδαιμονίας σκότος, ἐμπεσόντος ἀνθρώπου συγχέαι, καὶ τυφλῶσαι λογισμὸν ἐν πράγμασι μάλιστα λογισμοῦ δεομένοις, γλαυκεοράβδοις γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεῦον ὀρθὸν ἵσταται νέφος, χειμῶνος σῆμα· τοῦτο ἰδὼν κυβερνήτης. *&c. Quo in loco, quod*

quod à nemine adhuc obseruatum est, γλαυκορράβ-δοις mendosum omnino est. nosq; ex vestigiis antiquis hoc modo esse legendum putamus, de vno vocabulo tria facientes, γλαῦκε ὅρα βαθὺς. Atq; hanc nostram coniecturam comprobauit insignis quidam locus, in quem postea incidimus, qui legitur apud Heraclidem Ponticum, vbi hanc sententiam Archilocho tribuit, hoc modo: Ἀρχίλοχος μὲν ἐν τοῖς θρακικοῖς ἀπειλημμένος δεινοῖς τὸν πόλεμον εἰκάζει θαλαττίῳ κλύδωνι, λέγων ὧδέ πως.

Γλαῦκε ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται
Πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὀρθὸν ἵσταται νέφος
Σῆμα χειμῶνος. κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος.

Notandum autem hoc loco est, videri Archilochum integrum poëma ad hunc Glaucum scripsisse, vel potius diuersis poëmatibus illius nomen inseruisse, vt videre est ex alio eiusdem poëtæ carmine, quod à diuersis in medium adducitur. Carmen autem illud tale est:

Τοῖος γὰρ ἀνθρώποισι θυμὸς γλαῦκε λεπτίνεω παῖ
Θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ.

Hic locus me admonet, vt & similem quendam locum apud Dionysium Halicarnasseum emendem, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐσχηματισμένων δευτέρῳ, *vbi hos duos ex Euripidis Melanippe profert versus:*

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
Ὡς οὐρανὸς γαλακτημορφία.

quorum postremum nonnulli sic legendum putant:

Ὡς οὐρα-

Ὡς οὐρανὸς θάλασσα γῆ μορφὴ μία. *quod mihi, vt ingenuè fatear, non probatur. Ego libentius & verius hoc pacto legerim:*

Ὡς οὐρανὸς γαῖα τ' ἦν μορφὴ μία. *facilis enim est lapsus ex αι in αλ. Nec Euripides tria vnquam, sed duo tantum elementa constituit, teste Sexto philosopho contra Mathematicos, cùm inquit: Ex terra autem & æthere Euripides, vt licet accipere ex eo quod dicit:*

Aethera canto ipsum, rerum terramq́; parentem. Et Probo, qui in Ecloga 6. Virgilij de elementis agens, sic inquit: Consentit in numero Euripides, sed speciem discriminat, terram enim & aëra inducit principia, sorori declarauit. id ipsum etiam testatur Victruuius lib. 8. cap. 1. Euripides auditor Anaxagoræ, quem philosophum Athenienses Scenicum appellauerunt, aëra & terram; eamq́; ex cælestium imbrium conceptionibus inseminatam, fœtus gentium & omnium animalium in mundo procreauisse, & quæ ex ea essent prognata, cùm dissoluerentur, temporum necessitate coacta, in eadem redire, quæq́; de aëre nascerentur, item in cæli regiones reuerti, neque interitiones recipere, sed dissolutione mutata, in eandem redire, in qua antè fuerant, proprietatem. quo in loco dicit Philander (vt hoc etiam obiter admoneam) doctissimus Victruuij interpres, illum intelligere locum Euripidis ex Melanippe, quem nos paulò pòst adducemus, quod quidem

dem de priori parte facile crediderim; sed in posterioribus opinor illũ ad hos Euripidis versus ex Chrysippo allusisse, qui sic se habent:

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φυύτα ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίε
Βλαστάνοντα γῆς, εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν, θνήσκει δ' οὐδὲν
τῶν γινομένων, διακρινόμενον δ'
Ἄλλο πρὸς ἄλλο, μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Et si hæc ad probandum id quod volumus non sufficiant, in mediũ veniat & Diodorus Siculus, qui sic inquit lib. 1. Bibliothecæ suæ: ἔοικε δὲ περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ' Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις, μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ. ἐν γὰρ Μελανίππῃ τίθησιν οὕτως,

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία,
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα
Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
Δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει;
Γένος τε θνητῶν.

His iam diligenter lectis, quis non videt, si solummodo litterarum vestigia examinet, huius loci priorem versum Halicarnasseum in medium proferre voluisse.

Hierony-

Hieronymus in Epiſtolis emendatus & illuſtratus. item Porphyrij locus reſtitutus, locaque, quæ ex eo Hieronymus tranſtulerit, indicata.

CAP. XVI.

NOS *apum inſtar omnia omnium ſcriptorum ſcripta peruolutamus, ac percurrimus, & , vt inquit Poëta de ſe ipſo:*

Quo me cunq; rapit tempeſtas, deferor hoſpes;
Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus vndis
Virtutis veræ cuſtos, rigidusq; ſatelles.
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor. &c:

Sic etiam nos nunc Hiſtoricorum, nunc Philoſophorum, nunc Oratorum, nunc Poëtarum, nunc Theologorum ſcripta, quaſi tempeſtate quadam ac vento impulſi, delibamus ac deguſtamus, vndique conquirentes, quod nobis vſui eſſe poßit. Nec eſt quòd quiſquã miretur, aut potius calumnietur, nos, qui literas tantùm profanas profitemur, etiam Theologis, & illis præcipuis, manum admouere. Sed hoc vt facerem, vel hac vnica occaſione ſum pertractus & impulſus; quòd viderem antiquos illos Theologos, qui ex Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum confluxerant, non ſolùm Theologiæ, ſed omnium artium, omnis bonæ litteraturæ, omnis antiquitatis, omnium denique rerum fuiſſe peritiſſimos, & ipſam artium, quam vocãt, cyclopædiam abſoluiſſe: adeò vt ex illis ſolùm veram antiquitatem & anti-

quos ritus (loquor de sacris ethnicorum) discere ac cognoscere liceat. Illi enim adhuc in paganismo persistentes, ad intima sacrorum penetralia, ad quæ non nisi initiati accedere possent, & à quibus prophanum vulgus, vt loquitur poëta, arcebatur, admissi: postea ad Christianismum conuersi, illos proprio, quod aiunt, gladio iugularunt: Sed satis excusationum. ad rem veniamus. Hieronymus in epistola 2. aduersus Iouinianum sic inquit: Eantes Cizycenus, & Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat, scribunt esum carniũ non fuisse. Sic legit hunc locum Marianus Victorius, qui nuper epistolas omnes Hieronymi à se emendatas, & annotationibus illustratas, in lucem protulit. In Erasmi editione Euanthes legitur. neuter bene. Marianus tamen ad veritatem, si verum fateri velimus, propius accessit, addita enim litera N. locus integer erit, vt pro Eanthes legamus Neanthes Cyzicenus. Præterquam enim quòd Neanthis Cyziceni plurima sit apud auctores mentio, etiam Porphyrius (vnde Hieronymus illud quod hic dicit, mutuatus est) in libris De carnium abstinentia, hoc pacto legit, cùm inquit: περιϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὥς φησι Νεάνθης ὁ κυζικηνὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ κύπριος κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν φοίνικα· βασιλεύσαντα δὲ κυπρίων, τὴν σαρκοφαγίαν παραδεχθῆναι, ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας· λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ κύπρου καὶ φοινίκης ταῦτα.

Et pau-

Et paulò pòst apud Hieronymum in eadem Epistola: Eubulus quoque qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Persas, tria genera Magorum, quorum primos qui sint doctissimi & eloquentissimi, excepta farina & holere, nihil amplius in cibo sumere. Porphyrius in iisdem libris de Persis loquens, sic inquit : Διήρηντο δὲ οὗτοι εἰς γένη τρία, ὥς φησι Σύμβουλος, ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας. ὧν οἱ πρῶτοι καὶ λογιώτατοι, οὔτ᾽ ἐσθίουσιν ἔμψυχον, οὔτε φονεύουσιν. ἐμμένουσι δὲ τῇ παλαιᾷ τῶν ζώων ἀποχῇ. *In quibus tamen Porphyrij verbis notandũ est malè legi* Σύμβουλος, *pro* Εὔβουλος. *Hæcq́; coniectura nõ solùm Hieronymi, sed etiam ipsius Porphyrij testimonio confirmatur, qui in libro De antro Nympharũ sic scribit: Primùm enim Zoroaster apud Persas, vt narrat Eubulus, naturalem speluncam & fontibus scatentem in proximis Persidi montibus consecrauit, in honorem rerum omniũ auctoris parentisq́; Mithræ. Similiter & quod paulò pòst apud Hieronymum sequitur, à Porphyrio sumptum est. Hieronymi verba hæc sunt: Bardesanes vir Babylonius in duo dogmata apud Indos Gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Bragmanas, alterum Samaneos, qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborũ iuxta Gangen fluuium, vel publico oryzæ vel farinæ alantur cibo: & cùm rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacemq́; suæ prouinciæ in illorum precibus*

arbitrari sitam. Hæc ille. Quia autem hanc historiam Porphyrius ex Bardesane Babylonio pluribus verbis narrat, illam hoc loco subscribere supersedebo, contentus solummodo ea inde delibare, quæ ad Hieronymi locum illustrandũ faciunt. Inquit itaq. Porphyrius: Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων· οὓς γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ, δύο αἱρέσεις· ὧν τῆς μὲν, Βραχμᾶνες προΐστανται· τῆς δὲ, Σαμαναῖοι· ἀλλ' οἱ μὲν Βραχμᾶνες ἐκ γένους διαδέχονται· ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν· Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσὶν, κὰκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. ἔχει δὲ τὰ κατ' αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Βαρδησάνης ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν πεπεμμένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν καίσαρα, ἀνέγραψεν. Πάντες γὰρ &c. *Et paulò infrà:* ὁ δὲ βίος τοῖς Σαμαναίοις ἐστὶ τοιοῦτος. Ἔξω τῆς πόλεως διατρίβουσι διημερεύοντες ἐν τοῖς περὶ θείου λόγοις. ἔχουσι δὲ οἴκους καὶ τεμένη ὑπὸ τοῦ βασιλέως οἰκοδομηθέντα, ἐν οἷς οἰκονόμοι εἰσὶν, ἀπότακτόν τι λαμβάνοντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τροφὴν τῶν συνιόντων. ἡ δὲ παρασκευὴ γίνεται ὀρύζης καὶ ἄρτων, & ὀπώρας καὶ λαχάνων. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸν οἶκον ὑποσημαίνοντι κώδωνι, οἱ μὴ Σαμαναῖοι ἐξίασιν· οἱ δὲ προσεύχονται. εὐξαμένων δὲ πάλιν διακωδωνίζειν καὶ οἱ ὑπηρέται ἑκάστῳ τρύβλιον δόντες δύο γὰρ ἐκ ταυτοῦ οὐκ ἐσθίουσιν, τρέφουσιν αὐτοὺς τῇ ὀρύζῃ.

τῷ δὲ

τῷ δὲ δεομένῳ ποικιλίας, προσίεται τὸ λάχανον ἢ τῆς ὀπώρας τι. ζαφέντες δὲ συντόμως ἐπὶ τὰς αὐτὰς διατριβὰς ἐξίασιν. ἀγύναιοι δ' εἰσὶ πάντες καὶ ἀκτήμονες καὶ τοσοῦτον αὐτῶν τε καὶ τῶν Βραχμάνων σέβας ἔχουσιν οἱ ἄλλοι, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα ἀφικνεῖσθαι παρ' αὐτοὺς· καὶ ἱκετεύειν δέξασθαί τι ἢ δεηθῆναι ὑπὲρ τῶν καταλαμβανόντων τὴν χώραν, ἢ συμβουλεῦσαι τὸ πρακτέον. *Hieronymus in eadem epistola: Euripides in Creta Iouis prophetas nõ solum carnibus, sed & coctis abstinuisse cibis refert. Huius rei sic meminit Porphyrius:* μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων. λέγουσι δ' οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς τὸν Μίνω.

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς τυρίας
Τέκνον Εὐρώπας καὶ τοῦ μεγάλου
Ζανὸς, ἀνάσσων Κρήτης ἑκατονπτολιέθρου
Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκὸς
Στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει.
Καὶ ταυροδέτῳ κρηθεῖσ' ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς
Κυπαρίσσου. ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν ἐξ οὗ
Διὸς ἰδαίου μύστης γενόμην,
Καὶ μὴ νυκτιπόλου ζαγρέως βροτὰς
Τάς τ' ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας.
Μητρί τ' ὀρειοδᾶδας ἀνασχὼν
Καὶ κουρήτων βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς·
Πάλλευκα δ' ἔχων εἵματα, φεύγω

Γένεσίν γε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
Οὐ χριμπτόμενος. τὴν τ' ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

Idem Hieronymus paulò pòst sic inquit: Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantùm præcepta in tẽplo Eleusinæ residere scribit: Honorandos parentes, venerãdos Deos, carnibus nõ vescendũ. Porphyrij verba hæc sunt: τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν, περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα. φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ, τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Et paulò pòst idem Hieronymus Dicaarchus in libris antiquitatum & descriptione Graciæ refert sub Saturno .i. aureo sæculo, cùm omnia humus funderet, nullũ comedisse carnes, sed vniuersos vixisse frugibus & pomis, quæ spõte terra gignebat. Porphyrius huius rei sic meminit:* τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ ἑλληνικὰ συναγαγόντων ἐστὶν καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος· ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς ἑλλάδος ἀφηγούμενος, τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησι γεγονότας, βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι, παραβαλλομένους πρὸς τοὺς νῦν, κιβδήλου καὶ φαυλοτάτης ὑπαρχόντας ὕλης, μηδὲν φονεύειν ἔμψυχον· ὃ δὴ καὶ τοὺς ποιητὰς παραστάντας χρυσοῦν μὲν ἐπονομάζειν

γένος

γμύος Εσθλὰ δὲ πάντα (λέγων)

Τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ᾽ ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ᾽ ἐθελημοὶ
Ησυχοι ἔργ᾽ ἐνέμοντο, σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.

Ἃ δὴ καὶ ἐξηγούμενος ὁ Δικαίαρχος τὸν ἐπὶ κρόνου βίον τοιοῦτον εἶναι, φησίν. *Item Hieronymus alio loco eiusdem epistola: Chæremon Stoicus vir eloquētissimus, narrat de vita antiquorū Aegypti sacerdotum, quòd omnibus mūdi negotiis curisq́ postpositis, semper in tēplo fuerint, & rerū naturas ac rationes siderū cōtemplati sint, nunquā mulieribus se miscuerint, nūquam cognatos & propinquos, ne liberos quidē viderint, ex eo tēpore quo cœpissent diuino cultui deseruire. carnibus et vino se semper abstinuerint, propter tenuitatē sensus, & vertiginē capitis, quā ex paruo cibo patiebātur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis & ex hac potione nascūtur. Pane raro vescebātur, ne onerarēt stomachū. Et si quando comedebāt, tusum pariter hysopū sumebāt in cibo, vt escam grauiorē illius calore decoquerēt. Oleum tamē in holeribus nouerāt, verùm & ipsum parū propter nauseā & asperitatē gustus leniendā. Quid loquar, inquit, de volatilibus, cùm ouum quoq. pro carnibus vitauerint, & lac? Quorū alterū carnes liquidas, alterū sanguinē esse dicebāt, colore mutato. Cubilē eis de foliis palmarū, quas baias vocāt, cōtextū erat: scabellū accliue, & ex vna parte obliquū, in terra pro puluillo capiti supponebāt, bidui triduiq́ inediā susti-*

nentes. Humores corporis qui nascũtur ex otio et ex mansione vnius loci, nimia victus castigatione siccabãt. Locus integer est apud Porphyriũ lib. 4. quem breuitatis causa adscribere supersedeo. quocirca ad alia propero. idē itaq. auctor paulò suprà sic inquit: Massagetæ & Derbices miserrimos putãt, qui ægrotatione moriantur, & parētes, cognatos, propinquos, cùm ad senectã venerint, iugulatos deuorãt, rectius esse ducēt, vt à se potius quàm à vermibus comedãtur. Tibareni quos dilexerint, senes suspendũt in patibulis. Hircani volucribus et canibus semiuiuos pÿciunt. Caspÿ iisdē bestiis mortuos. Scythæ eos qui à defunctis amati sunt, viuos infodiũt cũ ossibus mortuorũ. Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis, obÿciũt senes: quod cũ Alexãdri præfectus Nicanor emēdare voluisset, pene amisit prouinciã. quē locũ ab eodē Porphyrio mutuatus est, cuius hæc sunt verba: ἱστοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ Δέρβικες ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκείων τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαντας. διὸ καὶ φθάσαντες καταθύουσι καὶ ἑστιῶνται τῶν φιλτάτων τοὺς γεγηρακότας. Τηβαρηνοὶ δὲ ζῶντας κατακρημνίζουσι τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. Ὑρκάνιοι δὲ καὶ Κάσπιοι. οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας· οἱ δὲ τεθνεῶτας. Σκύθαι δὲ συγκατορύττουσι ζῶντας, καὶ ἐπισφάττουσι ταῖς πυραῖς, οὓς ἠγάπων οἱ τεθνεῶτες μάλιστα. καὶ Βάκτριοι μέντοι κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας τοὺς γεγηρακότας, καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήσας καταλῦσαι Στασάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου ὕπαρχος, μικροῦ τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλεν.

Arno-

Arnobij antiqua lectio defensa: nec non & Minutius Felix & Cyprianus ab eodem errore vindicati.

CAP. XVII.

SATIS *reprehendi non potest quorundã superioris sæculi temeritas, ne dicam audacia, qui quidlibet in antiquis & classicis scriptoribus corrigere ac emendare ausi fuerunt, addendo, mutando, tollendo, pro libitu & arbitrio, contra fidem omnium exemplarium, quæ extant: cùm præsertim nullam idoneam aferãt causam, cur id ab illis factum sit, nisi quia aliter non intelligant. Sed quæ ista est impudentia emendare quæ nesciatis? docere alios velle, ipsos adhuc docendos? antiquam scripturam obliterare, vestram licet falsam substituere velle? Atque hinc factum (proh dolor) vt in omnibus propemodum libris, nihil sanum & integrum relictum fuerit. Et si studium illud, siue cacoëthes scribendi & emendãdi eo quo cæperat pede perrexisset, vix scintilla antiquæ lectionis nobis reliqua fuisset. Sed illa consuetudo tandem (licet serius) tamen abolita est. Nolo dicere nõ esse licitũ loca corrupta ex coniectura & ingenio emendare, quid enim ni? Sed pro libitu quælibet in textum, nulla addita ratione, vt lectio nostra pro vera & antiqua, sine vlla vlteriore & attentiore inquisitione & examinatione habeatur, admittere hoc est illicitum. In antiquis enim scriptoribus religiosè versari debemus, nec quia nos*

 mentem

mentem auctoris non intelligimus, idcirco locus mendo non vacat. Sed omnia malumus confundere, & ἄνω καὶ κάτω (quod dicitur prouerbio) miscere, quàm inscientiam atq. inscitiam nostram confiteri. Nihil intactũ, nihil inexplicatũ relinquere ac praeterire volumus. Adeò bellè nobis sapere videmur, et omnia scire, nihilq́ ignorare, nos nec fugere. Quorsum ista? videlicet vt ostendam istius propemodum temeritatis vnum extitisse, superioribus annis Sigismundum Gelenium virum ceteroqui doctissimum: fuerit enim quãtumuis doctus, multis in rebus fuerit oculatus & perspicax: ignoscant mihi tamen Gelenij manes, in hac re parum vidit, qui nobis talem dedit Arnobium, qualem non agnosceret, ipse si reuiuisceret Arnobius. Adeò singula mutauit, peruertit, corrupit, nihilq́ intactum reliquit: & quod pessimum est, veram lectionem loco suo mouere, & peiorem substituere, saepè non dubitauit. & in eo totus, meo iudicio, fuit, vt sensum semper aliquem efficeret, de verbis nihil sollicitus. Sed quàm res illa sit lubrica, & mali moris, omnes facilè animaduertunt. praesertim cùm nuspiam rationẽ mutationis reddiderit. Non enim difficile est mutare, sed quod mutaueris te rectè mutasse comprobare, hoc opus, hic labor. Induci tamen non possum virum tantum & tam magnae eruditionis, tam multarum linguarum peritum, quicquam temerè, & ratione in consilium non adhibita, fecisse: nisi fortasse aliud agendo huic

auctori

auctori operam nauarit, cùm tamen hic auctor non partem hominis, nec dimidiatum, sed integrum hominem requirat. Eius autem temeritatis in emendando exemplum vnum atque alterum in medium proferam, ne tam calumniandi, quàm veritatis defendendæ causa hæc dixisse videamur, leuiq; de causa tanti viri manes lacerare. Libro enim primo aduersus Gentes Arnobius sic inquit: Desistite ò nescij in maledicta conuertere res tantas, nihil ei nocitura qui fecit, periculum allatura, sed vobis, periculum, inquam, non paruulum, sed in rebus eximiis, sed in præcipuis constitutum. Siquidem res anima preciosa est, nec ipso se homini quicquam potest charius inueniri. nihil (vt memini) magicum, nihil humanum, præstigiosum aut subdolum, nihil fraudis delicti in Christo derideatis. quo in loco cùm anteà legeretur, nihil vt remini, i. vt vos arbitramini, ipse remini, mutauit in memini, nullo sensu, cùm tamē sic legendo omnia optimè cohæreant. videtur autem mihi non satis assecutus esse vim vocabuli, remini, quandoquidem etiam libro septimo illud è medio sustulerit, & quoddam suum proposuerit. Verba hæc sunt: Vos pecorum sanguine, nos cædibus & mactationibus hostiarum gaudere, lætari, & in gratiam cum hominibus remissis offensionibus redire opinatis: quæ verba longè melius & concinnius anteà legebantur, hoc pacto: & in gratiam cum hominibus remini offensionibus redire sopitis. Quis tam adeò

iudicio

iudicio carens, qui hæc non multò elegantiora existimet. Vtitur etiam idem Arnobius aliquoties hoc vocabulo remini, vt lib. 4. Cùm talia igitur probra & flagitiosa prodigia, non in vnum aliquem nominatim, sed in omnem pariter superiorem gentem, quam esse vos remini, sine vllius exceptione iaciatis, audetis salua verecundia dicere, aut esse nos impios, aut vos pios. lib. 3. Hoccine est illud fastidium vestrum, sapientia hæc arrogans: qua despicitis nos vt rudes, atque omnem scientiam remini rerum vobis diuinarum patere. Ibidem paulò suprà: Potest enim fieri, vt hi sint, quos esse non remini: & quos esse confiditis, in nulla inueniantur parte naturæ. lib. 5. Sin autem (vt remini) falsa est, & mendaciis interpolata fallacibus &c. Huius etiam temeritate deceptus esse videtur doctissimus vir Adrianus Iunius, quem honoris gratia nomino, qui eius auctoritate confisus, locum Cypriani in libro Quòd idola Dij non sunt, emendare conatus est. Sed præstat ipsius Iunij verba in medium adducere, ex lib. 1. Aduersariorum cap. 8. vbi sic inquit: Locus est apud diuum Cyprianum libro De idolorum vanitate, vbi de præstigiis & impostura dæmonum, qui vulgus veritatis prodigum seducunt, agens, ita inquit: Et Magis inde est ad pernitiosa vel ludicra potentatus, quorum tamen præcipuus Sosthenes, formã Dei veri negat conspici posse, & angelos veros, sedi eius dicit assistere. qui locus ita est à macula vindicandus,

candus, hoc pacto scribendo: Et Magis (à dæmonibus videlicet) est ad pernitiosa vel ludicra potentatus, quorum tamen præcipuus Hosthanes. Quam interpolaturam ne quis vt arrogantem damnet, aut in culpam vocet, conuinci potest Minutij Felicis verbis, eadē de re, & eadem ferme lege cadentibus, libro aduersus Gentes vltimo: Eorum, inquit, Magorum & eloquio & negotio primus Hosthanes, & verum Deum merita maiestate prosequitur, & angelos, id est, ministros & nuncios Dei, sed veri, eiusq; venerationi nouit assistere. Præclara certè hæc est coniectura, vtpote profecta à viro doctissimo, cuiq; libenter subscribere, & manibus pedibusq;, quod aiunt, in eius sententiam descendere velim: nisi hæc lectio repugnaret omnibus veteribus libris. Primò quidem apud Cyprianum in omnibus editionibus legitur Sosthenes; præterquam in postrema Morelij, quem Iunij emendationem secutum esse opinor. Certè in veteri manu exarato codice, quem mihi Petrus Daniel vir doctissimus pariter ac humanissimus vtendum dedit, expressè legitur Sosthenes. Et apud Minutium, quem Iunius ad confirmandam suam coniecturam adducit, in codice Romano, apertè legitur Sosthenes, pro quo Gelenius substituit Hosthanes. Adeò hi veteres inter se consentiunt, & licet difficile fortasse inuentu sit, qualis hic Sosthenes fuerit, tamen non temerè est hæc lectio reijcienda. Vt vt sit, totum

hoc

hoc eruditioribus iudicandum relinquo, & in primis doctißimo Iunio.

Notatum Henrici Stephani μνημονικὸν ἁμάρτημα.

CAP. XVIII.

NON *mihi, vt spero, vitio vertetur, si etiam leuiora quædam, in gratiam studiosorum (magnis enim sophis hæc non scribimus) atque adeò cuiusdam* μνημονικὰ ἁμαρτήματα, *ne alij deinceps eius inuentis acquiescentes, decipiātur ac fallātur, hoc nostro opusculo inserere ac inferre conati fuerimus. Itaque vir nostri sæculi doctißimus Henricus Stephanus, qui summo iure Typographorum* στέφανος *appellari potest, inter fragmenta Alcæi refert etiam hunc versum:*

Αἰδὼς δισσαὶ εἰσιν, ἡ μὲν οὐ κακὴ, ἡ δ' ἄχθος οἴκων.

idq́ auctoritate Plutarchi, qui tamen hoc non dicit, siquidem ego hunc Plutarchi locum satis intelligere possum. Citat enim hunc versum, meo quidem iudicio, incerto, vt sæpè alias, auctore. Esse autē Alcæi, vel vnus Euripides satis negabit, qui sibi hūc aßeret. apud quem in Hippolyto coronato sic legitur:

εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου
μακραί τε λέσχαι καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
Αἰδώς τε, δισσαὶ δ' εἰσὶν, ἡ μὲν οὐ κακὴ
ἡ δ' ἄχθος οἴκων.

Et vt hoc etiam addam, hic versus non ita legitur apud

apud Plutarchum, quemadmodum adducitur ab Errico Stephano, sed hoc modo:

Αἰδώς τε δισσαὶ δ' εἰσὶν, ἡ μὲν οὐ κακὴ &c. *vt apud ipsum Euripidem legitur. vt lector omnino certus sit hunc esse versum Euripidis, non Alcæi. Et in castigationibus suis in Maximum Tyrium ad hunc locum:* τοῦτ' ἔστιν ἀμέλει τὸ τοῦ Συρακουσίου αἴνιγμα, νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, *sic inquit: Vulgò hæc Heraclito adscribi solent, qui non Syracusius, sed Ephesius fuit. Hæc ille. Quo loco memoria lapsus est vir doctissimus. Syracusij enim ænigma nusquam, quod sciam, Heraclito, sed Epicharmo Comico, qui fuit Syracusius, adscribitur. Quod si testimoniis auctorum hoc loco mihi agendũ esset, infinita adducere atque adeò referre possem, sed in re nimium manifesta, minimeq; dubia, testimoniis vti supersedeo.*

Lactantius tribus in locis ab eodem errore vindicatus. & alter eiusdem illustratus.

CAP. XIX.

SED *iam tempus est Lactantium etiam turpissima ac fœdissima, quæ ei hactenus insedit, macula vindicare, præsertim cùm iam coniecturam nostram veteres manu exarati codices confirment ac comprobent. Itaque libro 7. cap. 16. sic inquit: Sibyllæ tamen apertè interituram esse Romam loquuntur, & quidem iudicio Dei, quòd nomen eius habuerit inuisum,*

inuisum, & inimica iustitiæ, alumnum veritatis populum trucidarit. Hydaspes quoque, qui fuit Medorum rex antiquissimus, à quo amnis quoque nomen accepit, qui nũc Hydaspes dicitur, admirabilis omnium, sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium, nomenq́; Romanum, multò antè præfatus, quàm illa Troiana gens conderetur. Et eodem libro cap. 18. Hæc ita futura esse, cùm Prophetæ omnes ex Dei spiritu; tum etiam vates, ex instinctu dæmonũ cecinerunt. Hydaspes enim quem superiùs nominaui, descripta iniquitate sæculi huius extremi, pios ac fideles à nocentibus segregatos, ait, cum fletu & gemitu extensuros esse ad cælum manus, & imprecaturos fidem Iouis. Iouem respecturum ad terram, & auditurum voces hominum, atque impios extincturum &c. Et in diuinarum institutionum Epitome cap. vltimo: Hæc omnia vera, omnium consona administratione prædicta, cùm eadem Trismegistus, eadem Hydaspes, eadem Sibyllæ cecinerint, dubitari non potest. His tribus in locis pro Hydaspes, Hystaspes legendum, præter enim auctoritatem veterũ codicum, etiam ex ipsius Lactantij verbis, satis est colligere, hunc locum esse corruptum, cùm inquit: Hydaspes quoque qui fuit Medorum rex antiquissimus, à quo & amnis nomẽ accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, si, mutata littera. Histaspis hoc modo etiam meminit Clemens VI.

Stroma-

Stromatum, cùm sic inquit: Librosq́; Græcos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo vnum Deum significet, & ea quæ sunt futura. Et Hystaspen sumite & legite; & inuenietis Dei filium multò clarius & apertius esse scriptum, & quemadmodum aduersus Christum multi reges instituent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles, & eius tolerantiam & aduentũ. Huius etiam meminit Agathias historicus lib. 2. vbi de Zoroastre agens, sic inquit: Sed huius tempestatis Persæ vetustos mores mutauere, alienisq́; legibus vtũtur ex Zoroastris Oromasdei disciplinis. Hic, inquam, Zoroastres, siue Zarades, duplici enim vocitatus est cognomine, quo tempore princeps fuerit, legésue tulerit, non satis est compertum. Nam Persæ ipsi nostri temporis, Hystaspis temporibus eum floruisse tradunt: quam ob causam res planè ambigua est, nec facilè dignosci potest, an Darij pater, an alius quispiam hic fuerit Hystaspes, vtcunque, hic Persarum magister, & magicæ inuentor. Hæc Agathias. Et Ammianus Marcellinus lib. XXIII. *Magiam opinionũ insignium auctor amplissimus Plato, Machagistiam esse verbo mystico docet, diuinorum incorruptissimum cultum, cui scientiæ sæculis priscis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres: deinde Hystaspes rex prudentissimus Darij pater, qui cùm superioris Indiæ secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam venerat*

ſolitudinē, cuius tranquillis ſilentiis præcelſa Bracmanorum ingenia potiuntur: eorumq́; monitu rationes mundani motus & ſiderū, purosq́; ſacrorum ritus, quantum colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua ſenſibus magorum infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſque progeniem poſteris ætatibus tradunt. Ex eo per ſæcula multa ad præſens vna eademq́; proſapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Et Iuſtinus martyr in Apologia ſecunda ὑπὲρ χριστιανῶν *ſic inquit:* Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπις, γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. *& alibi in eadem Apologia:* κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων. *Deq́; his hactenus: nunc ad alteram capitis partem accedamus, locumq́; aliū eiuſdem auctoris illuſtremus. Lactantius itaque lib. 1. cap. 10. de Aeſculapio agens, ſic inquit: Aeſculapius & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, niſi quod ſanauit Hippolytum? mortem ſanè habuit clariorem, quod à Deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius De illuſtribus viris diſſerens, ait, incertis parentibus natum, expoſitum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum: Chironi traditum, didiciſſe medicinam: fuiſſe autem Meſſenium, ſed Epidauri moratum. Hæc ille. Ad quæ interpres multa ex diuerſis, tam Græcis quàm Latinis*

tinis auctoribus, in medium adfert, sed ita parum ad rem, vt propositi operis oblitus fuisse videatur. Cùm enim de Aesculapio longam & prolixam vult texere historiam; nihil de eo dicit quod adfert Lactantius ex Tarquitio, licet ille Tranquillum, nulla addita ratione, legat. Itaque quod nos alias apud Theodoretum ex Apollodoro annotauimus, huic loco multum lucis allaturum spero. Eius autem hæc sunt verba: Atque vt ad alias quoque transeam, testis est Apollodorus Aesculapium ab aliis quidem existimatum filium Arsinoes, ab aliis vero Coronidis; quæ clandestino violentoq; Apollinis congressu prægnans effecta, editum deinde infantem exposuisse dicitur. Hunc verò, ait Apollodorus, à venatoribus casu repertum, raptumq; ab altricis canis vberibus, Chironi Centauro delatum fuisse, ibiq; enutritum, medicæ arti operã impendisse, cuius in Trica, Epidauroq; ciuitatibus experimenta prima ediderit. Hactenus ille. Qualis hic Tarquitius fuerit, nondum indagare potui: certum tamen est Tarquitium hæc ab Apollodoro mutuatum esse.

Plutarchi locus in vita Alexandri Magni expensus.

CAP. XX.

GRAVISSIMVS *auctor Plutarchus in vita Alexandri Magni de Gymnosophistis ab Alexandro captis, agens, præclaram quandam narrat hi-*

storiam, quam propter elegantiam non grauabor hic totam inserere. Ea autem sic se habet: Ex Gymnosophistis qui Sabæ deficiendi auctores fuerant, & plurima mala Macedonibus parauerant; decem cùm cœpisset, qui arguti in respondendo, succinctéq; explicanda quæstione essent, quæstiones eis ambiguas proposuit: qui primus nō rectè dissoluisset, quod interrogabatur, eum se reliquos ita deinceps ordine interfecturum, minitans: iudiciumq; ea de re vni de natu maximis, cōmittens. Primus plures ne viuos esse an mortuos, putaret interrogatus, viuos respondit: mortuos n. non amplius esse. Alter, mare ne an terra maiores aleret bestias, terra inquit: eius enim pars est mare. Tertius, quòd animantiū esset callidissimū, id ait, quod ab homine nondum est cognitum. Quartus, qua ratione Sabæ defectionem persuasisset, vt, inquit, aut bene viueret, aut malè moreretur. Quintus, diemne an noctem prius extitisse arbitraretur: Dies, ait, vno die prior fuit, & mirante responsionem rege, addidit, necessariò quæstionibus ambiguis propositis, obscuras etiam fieri responsiones. Sextus, qua ratione aliquis efficere posset, vt maximè diligeretur: Si, inquit, optimus sit, neq. tamen terribilis. Septimus, quonam pacto aliquis ex homine fieri posset Deus, respondit, Si quid faciat, quod homo facere nequeat. Octauus, mors ne an vita sit robustior. vita, dixit, vt quæ tot mala perferat. Vltimi, cùm percunctaretur Alexander,
quous-

quousque homini viuendum putaret, responsio fuit, tantisper dum mortem non putaret. Conuersus inde rex ad iudicem, sententiam ferre iussit. cumq́; is vnum alio deterius respondisse pronunciaret: Ergo, inquit, tibi primò moriendum est, ita iudicāti. Nequaquam, ait ille, siquidem, ó rex, tibi constes, qui eum te interfecturum primo loco dixeris, qui omniū pessimè respondisset. Qua in historia hoc mihi subobscurum esse aliquantum visum est, quod tertius interrogatus ab Alexandro, quod animantium esset callidissimum, responderit, id quod ab homine non est cognitum. Græcè sic sonat: ποῖον ἐστὶν ζῶον πανουργότατον, ὃ μέχρι τοῦ νῦν εἶπεν ἄνθρωπος οὐκ ἔγνωκεν. *nec fortassè immeritò, solutio enim quæstionis magis obscura est, quàm ipsa quæstio. Quare cùm aliquando in Clementem Alexandrinum, qui hunc Plutarchi locum ad verbum propemodū (suppresso tamē nomine) in medium adfert, incidissem, repperi hæc verba apud illum paulò aliter legi, & longè alio sensu, nimirum hoc modo:* ὁ δὲ ξένος ποῖον ἐστὶν τῶν ζώων πανουργότατον, ὃ μεχρὶ νῦν οὐκ ἐγνώσθη, εἶπεν, ἄνθρωπος. *Quam certè lectionem ego nullo modo reÿciendam puto, quādoquidem sensum longè meliorem & apertiorem adfert. Et cùm eam multis auctorum exemplis confirmare possem, vnius Euripidis testimonio contentus ero, qui sic inquit de hominis calliditate:*

Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος,

Ἀλλὰ ποικιλίαις περιπτίδων
Δαμᾶ φῦλα πόντου
Χθονίων τ' ἀεείωντε παιδεύματα.

De Casto Cereris, deque eo Hieronymi & Arnobij loci emendati.

CAP. XXI.

HIERONYMVS *libro 2. ad Iouinianum inquit: De ciborum sibi placent abstinentia, quasi non & superstitio gentilium Cossum matris Deûm obseruet & Isidis. Idem eodem libro: Quomodo autem virginitati veræ non præiudicat imitatio virginum diaboli, ita nec veris ieiuniis costum Isidis & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abstinentia, maximè cùm apud illos ieiunium panis, sagina carnium compensetur. Hi loci tanquam sani & integri ab omnibus interpretibus præteriti sunt, & præcipuè à Mariano Victorio viro Italo, qui vtinã pro omnibus suis in Batauos conuitiis, hos & similes locos nobis emendasset ac illustrasset, maiorem certè laudem à litterarum studiosis reportaturus, Solus autem Cælius Rhodiginus vir doctißimus, & multæ lectionis, hunc locum insigniter corruptum & deprauatum animaduertit: qua quidem in re libenter illi assentior, sed in emendatione sua nõ item. Sed audiamus ipsum. Hieronymus in Iouinianum: De ciborum sibi placent abstinentia, quasi non & superstitio gentilium Cossum matris Deûm obseruet & Isi-*

& Isidis. Qua tamen in parte haud dissimulandum arbitror, locum insigniter interpolatum videri: primùm orationis structura, cur enim dicatur Matris Deûm Coßus & Isidis, si eum in cibis aspernantur Dearũ sacris mancipati: porrò nec conuenit si sacrũ intelligas. Quid enim Aegyptiis cũ Coßo? In Ponto quidem & Phrygia vermes albos & obesos, qui nigello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit. At inquit mox Hieronymus: Coge Syros, Arabas, vt vermes Ponticos glutiant, ita eos despicient, vt muscas millepedes & lacertos. Quod si ad Isiacos Romanæ vrbis referendum putes, quoquo te torqueas frigebit excellenter. Alicubi scriptum reperias costum, non cossum. Mendo non caret hoc quoque, sed ad verũ gradus est. Nam subolet à Hieronymo Græcè scriptum, ἄγευστον, id est, ciborum abstinentiã, velut ieiunium, vbi nil vel parum prægustes, ac vilius. Extat verbum apud Pollucem, exponitur à Suda. Cybileios verò & Isiacos luctus ratione cibis abstinuiße propter Atym & Osirim amißos, euidens coniectatio est Augustini libro sexto Ciuitatis diuinæ, & Lactantij libro primo. Quod igitur desiderio concupitæ rei factitarunt Deæ, imitabantur sacerdotes, aut quisquis sacra coleret. Proinde dicitur rectè ageuston matris Deûm Isidis. Ieiunia in veteri religione seruata, in libro de Osiride ac Iside Plutarchus docet, ac in Deorũ natura Phornutus.

Hactenus ille. Nimis longè hic à vero aberrauit. Ego minima mutatione legendum iurauerim hoc modo: quasi non & superstitio gentilium Castum matris Deûm obseruet & Isidis. & alio loco: Ita nec veris ieiuniis Castum Isidis & Cybeles &c. Ad quam coniecturam confirmandam non parum momenti erit, quod Blondus in Historia sua hunc Hieronymi locum citans apertè legat: Castum matris Deûm & Isidis. vnde colligo hanc esse antiquã huius loci lectionem, quam quidam postea non intelligentes, quid esset Castum, alij in Costum, alij in Cossum, alij in Cossorum mutarunt. Præterea & Tertullianus in libro De ieiunio hãc nostram lectionem confirmat, inquiens: Sed bene quod in nostris Xenophagiis blasphemias ingeris, Casto Isidis & Cybeles eas adæquas. Non parũ etiam hanc lectionem confirmabunt verba Festi, quæ mihi indicauit doctissimus vir, ac mihi amicissimus Loduicus Carrio I.C. Verba Festi hæc sunt: Minuitur populo luctus ædis dedicatione: cùm Censores lustrũ condiderunt: cùm votum publicè susceptum soluitur: priuatis autem, cùm liberi nati sunt: cùm honos in familia venit: cùm parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum redit, cùm desponsa est; cùm propiore quis cognatione, quàm is qui lugetur, natus est: cùm in casto Cereris est, omniq́ gratulatione. Iam nulli opinor dubium erit, quin Castum apud Hieronymum legendum sit. Sed iam magna rursum

exori-

exoritur quæstio de Casto quid sit? Nam Antonius Augustinus dicit, De Casto Cereris mihi non liquet. tamen non licere à lugentibus Cerealia celebrari, docet Liuius lib. 22. Et Iacobus Rauardus in libro Variarum, adducens Festi verba, inquit: De Casto Cereris mihi non liquet, nisi fortè per Castum Cereris nimiam castitatem illam intellexerimus, qua viduas Africanæ Cereri olim adstitisse, scribit ad vxorem lib. 1. hunc in modũ Tertullianus. Cæterùm viduas Africanæ Cereri adsistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum viris, non modò thoro decedunt, sed & alias, eis vtique videntibus, loco suo insinuant, adempto omni contactu, vsque ad oscula filiorum. Et sic quidem Castum Cereris ea forma veteres dixisse videri possunt, quo Castum pro re casta, sacrum pro re sacra, diuinum pro re diuina, & sic deinceps, sumitur. Hæc ille. Nec mihi certè, quid post tantos viros, de Casto Cereris dicam, satis constat. Interim tamen illud facilè apparet, nefas fuisse, imò illicitum eo tempore, quo ieiunium & sacra Cereris celebrabantur, pane vesci, vel ex ipso Hieronymo, qui inquit: Maximè cùm apud illos ieiunium panis sagina carnium compensetur. Et alio loco in epistola De institutione filiæ: Displicent mihi in teneris maximè ætatibus, longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo ac poma vetantur. Experi-

mento didici, asellum in via cùm lassus fuerit, diuerticula quærere. Faciant hoc cultores Isidis & Cybeles, qui gulosa abstinentia Phasides aues, & fumantes turtures vorant, ne scilicet Cerealia dona contaminent. Atque hoc ieiunium, & hanc panis abstinentiam videntur antiqui appellasse Castũ Cereris, vt manifestè satis constat ex lib. 5. Arnobij, cuius verba eò libentius referam, quòd, quo pacto locus in eis corruptus, ex codice Romano sit emendandus, lectori eadem opera indicabo. sic igitur Arnobius: Quid pectoribus applodentes palmas, paßis cum crinibus Galli? nonne illos referunt in memoriam luctus, quibus mater turrita cum Agdeste lachrymabili puerum prosecuta est eiulatu? Quid temperatus fabæ alimonio panis, cui rei dedistis nomen Castus: nonne illius temporis imitatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentia mœroris abstinuit? Sic habent omnia exemplaria à Gelenio restituta: sed legendum pro, Quid temperatus fabæ alimonio panis, vt habet vetus codex Romanus; Quid temperatus ab alimonio panis, id est, abstinens ipsa Ceres à victu panis. Præterea dies illos quibus sacra illa colere ac celebrare moris erat, Castos vocabant, vt ex verbis Marini Neapolitani antiqui scriptoris, in libro quem Proclum inscripsit, ὃ περὶ εὐδαιμονίας colligitur: τὰς δὲ μητρῳακὰς παρὰ ῥωμαίοις, ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας ἡμέρας καστείας ἑκάστου μηνὸς ἦγε.

Plutar-

Plutarchus & Strabo ab eodem errore vindicati. CAP. XXII.

PLVTARCHVS *in libro* περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν, *inquit:* ὁ δὲ Πίνδαρος ἀκούσας φησὶ τοῦ θεοῦ· τὸν κάδμον οὐ μουσικὰν ὀρθὰν οὐχ ἡδῦαν οὐδὲ τρυφερὰν οὐδὲ ἐπικεκλασμένην τοῖς μέλεσιν. *quem locum Xylander asterisco notans, mendo nõ carere sine dubio suspicatus est, nec immeritò. Ego autem sublata vnica particula locum integrum reddam, hoc modo legendo:* ἀκούσας τοῦ θεοῦ τὸν κάδμον μουσικὰν *&c. particula enim* οὐ *sensum totum peruertit. quod autem sic sit legendum, satis constat ex sequentibus,* ἡδονὴν γὰρ οὐ προσίεται τὸ ἀπαθὲς καὶ ἁγνόν. *Si quis autem huic nostræ opinioni fidem deroget, adducam Aristidis similem locum ex oratione pro Quatuoruiris, vbi de eadem sententia Pindari disputatur, hoc modo: Quapropter vt Platonem optimum quoque dithyrambicum Poëtam libenter facio, ita nec possum de Pindari Dithyrambis, secundum Platonis criminationes sentire, non tantùm quo videam dithyrambos ipsos esse firmiores ac viriliores, quàm vt ille cuiquam cedere videatur: sed & quod in hymnis dum calamitates ac fortunæ mutationes, quæ ex omni memoria contigerant, describit, Cadmum ait Apollinem audiuisse rectam musicam proponentem. Ex quo fit, vt Pindarus quoque rectam amet musicam. quam verò amat, eam procul dubio tractat. Neque enim quam*

Apolli-

Apollini tribuit, eam ipse negligat, & aliam sectetur is, qui semper Apollinem & Musas inuocet. Eiusdem Pindarici dicti meminit & idem Plutarchus in libro περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας. *vbi de Harmonia agens sic inquit:* ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνήρ, ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς, εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος. ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος τοῦ θεοῦ φησιν ἐπακούοντος οὐκ ἀνορέαν ἐπιδεικνύμενος τὸν κάδμον. *Hunc locum similiter asterisco notauit interpres: qui quomodo rectè sanari poßit, rationem nullam video, nisi si quis velit etiam hinc particulam* οὐκ *tollere, in eiusq́; locum substituere* μουσικὰν, *& pro* ἐπακούοντος, ἐπακούειν, *& pro* ἐπιδεικνύμενος, ἐπιδεικνυμένου *legere. atque ita legendo similem hic locus sensum cum superiori habebit. nimirū hoc pacto: Cadmum audiuisse Deum virilem Musicam proponentem. Nam vt à Turbeno hic locus est versus, nullus inde sensus elici potest, cùm sic vertit, Velut & ipse Pindarus Cadmum ostentans audiente Deo virtutē negat. nec multo melius Xylander hoc pacto: sicut & ipse alicubi Pindarus ait Deo exaudiente virtutem &c. Cadmum significans. Et quemadmodum hic* οὐ *&* οὐκ *integra loca peruertunt, sic non minus eadē particula Strabonem aliū sensum habere facit. Strabo n. loquēs de Delo, inter cætera adducit hunc locū Pindari, quē integrū propter elegantiā adscribā.*

Ἦν γὰρ

Ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν, οὐ φορητά φησιν ὁ Πίνδαρος,
Κύμασί τε, παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖσιν,
Ἀλλὰ καὶ ὁ γένος ὁ πότ' ὀδινύαισι θείαις ἀγχιτό-
κοις ἐπιβαίνειν, (νίων.
Δὴ τὸ τέσσαρες ὀρθαὶ πρεμνῶν ἀπώρουσαν χθο-
Ἂν δ' ἐπὶ κραναῖ σχεδὸν πέτρᾳ ἀδαμαντοπέδη-
λοι κίονες.
Ἔνθα τέκοισα εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν.

Apud quem extra omnem controuersiam legendum est, ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν φορητὰ &c. vult enim dicere, hanc insulam primò fuisse vagam & errabundam, postea immobilem factam propter Latonæ partum. Ad hunc locum Pindari, vt hoc etiam obiter admoneam, allusit alibi Plutarchus, cùm sic inquit: τὴν δὲ γῆν κατὰ Πίνδαρον, ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσι.

Ianum primum omnium æreos nummos cudisse auctoritate antiqui cuiusdam scriptoris confirmatum: eiusque nummi figura è tenebris eruta. CAP. XXIII.

PLVRIMVM *certè debent bonarum literarũ & antiquitatis studiosi præclaro viro Ioanni Sambuco, qui ad studia iuuanda natus esse omnino videtur, adeò nullis laboribus nec sumptibus parcẽs omnibus prodesse conatur. & ex cuius Bibliotheca, quã habet antiquißimis, & optimis auctoribus instructißimam atque ornatißimam, non secus atque ex equo*

equo Troiano optimi quique auctores in lucem prodierunt, atque etiam num quotidie prodeunt, & inter cætera præclara suæ antiquitatis monumenta nō ita pridem in lucem edidit libellum quendam, breuem illum quidem, sed præclaris & raris numismatum figuris refertum. Et in eo, vt ad rem veniam; inter alias figuras & hanc repperi.



Cumq́; diu multumq́; deliberassem, cuiusnam hæc nummi figura esset, diuinaui tandem, hoc numisma esse antiqui illius Iani, qui primus in Italia regnasse dicitur, quiq́; primus vsum nummorū introduxit. Diuinationemq́; meam comprobari postea inueni, insigni et memorabili quodam loco qui legitur apud Athenæum in fragmento 15. libri Dipnosoph. quod primū superioribus annis à Guilielmo Cātero fratre meo publicatum est. In eo itaque loco repperi Ianum primum coronæ inuentorem fuisse, primumq́; tumultuarios pontes, nauigiaq́; inuenisse, ac primum æreum nummum consignasse. Compluresq́; idcirco ciuita-

ciuitates in Græcia, in Italia, in Sicilia bicipitem figuram in nummis imprimere solitos fuisse; ex altera verò parte vel pontem, vel coronam, vel nauigium, vt in huius nummi figura etiam cernere est: in vna enim parte caput biceps est in altera nauigia. Sed præstat ipsum Athenæi locum in medium adducere: Ἐπεὶ δ᾽ ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐσμὲν, συμβαλοῦμαί τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα κατὰ τὸν κυθήριον ποιητὴν, ὅτι ἰανὸς ὁ παρ᾽ ἡμῖν θεὸς, ὃν καὶ πατέρα προσαγορεύομεν, πρῶτος εὗρε στέφανον; ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Δεάκων ὁ κερκυραῖος ἐν τῷ περὶ λίθων, γράφων οὕτως. Ιανὸν δὲ λόγος ἔχει δὶ πρόσωπον γεγονέναι, τὸ μὲν ὀπίσω· τὸ δ᾽ ἔμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον· ἀπὸ τούτου καὶ τὸν Ιανὸν ποταμὸν, καὶ τὸ ὄρος Ιανὸν ὀνομάζεσθαι, κατοικήσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους. πρῶτον δὲ καὶ στέφανον εὑρεῖν καὶ σχεδίας καὶ πλοῖα, καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι. διὸ καὶ πολλὰς κατὰ τὴν ἑλλάδα πόλεις, καὶ κατὰ τὴν Ιταλίαν, καὶ Σικελίαν ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν ἢ στέφανον ἢ πλοῖον. *Hactenus ille.*

Porphyrij locus emendatus.

CAP. XXIIII.

CIRCVMFERVNTVR *libri quidam Porphyrij philosophi doctissimi, De abstinētia animaliū, mali admodum in multis locis habiti, & propterea interpretem nondum nacti: quorum in secundo macula*

cula non leuis in excusis libris, hactenus insedit, quã nos quantum in nobis erit, eluere conabimur. quod si præstiterimus, & conatui nostro successus non defecerit, bene est: sin minus, conatus noster non erit reiiciendus. Sed iam ad opus nos accingamus, ac primũ ipsius auctoris vt vulgò leguntur verba, in medium proferamus : Διὸ θεῶες μὲν οἱ ἐν μεθορίοις Θεράκης οἰκήσαντες, μηδενὸς ἀπαρχόμενοι μηδὲ θύοντες, ἀναρπασοι κατ' ἐκεῖνον ἐγένοντο τὸν χρόνον ἐξ ἀνθρώπων. καὶ οὔτε τοὺς οἰκοῦντας, οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὴν οἰκήσεων θεμέλιον ἐξαίφνης οὐδ' εἰς εὑρεῖν ἐδύνατο. ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐθέλεσκαν ἴσχειν, οὐδ' ἀθανάτοις θεραπεύειν ἤθελον, οὐδὲ ἰδεῖν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς. ἡ θέμις ἀθανάτοις. τοιγαροῦν αὐτοὺς Ζεὺς κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος οὕνεκα τιμὰς οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσιν· οὐδ' ἀπήρχοντο τούτοις καθάπερ ἦν δίκαιον. *Hic locus vt corruptissimus, ita etiam diu multumq; me torsit, penitius tamen re introspecta, cognoui statim disiecti (vt ait ille) membra poëtæ. Itaq. paucis vocibus mutatis, locus integer erit, nimirum si pro* ἰδεῖν, *legatur* ἔρδειν, *& pro* ἡ, ἣ, *& pro* ἀθανάτοις, ἀνθρώποισι. *Versus autem poëtæ ad quos alludit, sunt Hesiodi in Operibus, vbi de argentea ætate his verbis agit:*

--ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς
ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα

Ζεὺς κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσι.

Arnobius emendatus & illuſtratus.

CAP. XXV.

EST *locus quidam apud Arnobium lib. ſexto, multis & maximis mendis deformatus, quem iam in integrum omnino ſuo nitori reſtituere, vt noſtri non eſt ingenij; ſic alios oratos & obſecratus volumus, vt huic loco ingenij ſui vires intendere velint; eſt enim dignus vindice nodus. Nobis hoc tempore ſuffecerit vnico mendo hunc locum liberare, erroresq́; alios indicare. Nam hunc locũ quemadmodum hodie legitur,* ἤ τίς ἢ οὐδείς, *vt Græci loquũtur, animaduertet. Locus itaq. Arnobij eſt: Ridetis tẽporibus priſcis Perſas fluuios coluiſſe, memoralia vt indicãt ſcripta, informem Arabes lapidem, acinacem Scythiæ nationes, ramũ Prognes Theſpios: lignũ Carios pro Diana indolatum: Peſinutios ſilicem pro matre Deûm, pro Marte Romanos haſtam; Varronis vt indicant Muſæ: atq. vt Aethedius memorat, ante vſum diſciplinamq́; fictorũ, puteum Samios pro Iunone: & abſtinetis à riſu, cùm pro dijs immortalibus ſigilliolis hominũ & formis ſupplicatis humanis. Sed antequam ad reliqua accedamus, vnũ prius locum emendare conabimur, qui eſt: Atq. vt Aethedius memorat, ante vſum diſciplinamq́; fictorum puteũ Samios pro Iunone. Hic locus diu multumq́; me ſuſpenſum*

Δὴ νεόγλυφον ὧ ναξ θεαῖς ἦθα σανίς.
ὧδε γὰρ καθιδρύοντο θεὰς τοτε. *Non autẽ hoc fuiſſe nouum & inauditum, priſcis illis ſæculis, quibus nondum pictores aut figuli erant, teſtatur etiã Tertullianus, eruditus cumprimis & antiquus ſcriptor, in libro aduerſus Gentes: vbi ſic inquit. Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſectaneus noſter erit, dum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus dũ materiæ qualitas eadem ſit: viderit forma, dum idipſum Dei corpus ſit, & tamen quanto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica, vel Ceres farrea, quæ ſine effigie rudi palo & informi ligno proſtat. Et Lucanus lib. 3.*

–Tum plurima nigris
Fontibus vnda cadit, ſimulacraq́; mæſta Deorum
Arte carent, cæſisq́; extant informia truncis.

Et Clemens Digeſtorum primo: πρὶν γ' οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων χέσεις, κίονες ἱςάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτοις ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ. *idem etiam declarat locus præclarus qui eſt apud Athenæũ lib. 14. quem propter elegantiam non grauabor adſcribere. Parmeniſcus Metapontius & genere & diuitiis cæteros antecellẽs, velut Simus, lib. 4. Deliadis teſtatur, cùm in Trophonij locum deſcendiſſet ac aſcendiſſet, poſtea nõ amplius ridere poterat. cùm de hac re oraculum percunctaretur, ei reſponſum fuit:*

De riſu me percunctaris difficilis vir,
Ipſa tibi mater dabit, hanc venerare reuerſus.

lectionem: quod eò libentius feci, vt postea lector magis doctus & ingeniosus, veram ex his lectionem aliquando elicere possit; licet difficile hoc futurum existimem, sine ope alicuius veteris codicis.

Orphei versus duobus locis in Georgij Cedreni Annalibus nitori suo restituti.

CAP. XXVI.

GEORGII *Cedreni Annales studiosè perlegens ac percurrens, nõ ita longè à principio incidi in hunc de Orpheo locum, qui sic se habet:* Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τοῦ Γεδεὼν, ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ ὁ λυρικὸς ὁ Βρυώσιος, ὁ σοφώτατος καὶ περιβόητος ποιητὴς, ὅστις ἐξέθετο θεογονίας καὶ κόσμου κτίσιν, καὶ ἀνθρώπων πλαστουργίαν· εἰρηκὼς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ συντάγματος αὐτοῦ, ὅτι ἐξ ἰδίας ἐνθυμήσεως οὐκ ἐξέθετο τι περὶ θεοῦ, ἢ τῆς κοσμικῆς κτίσεως. ἀλλ᾽ αἰτησάμενος αὐτοῦ μαθεῖν παρὰ τοῦ φοίβου τιτᾶνος ἡλίου τὴν θεογονίαν, καὶ τὴν τοῦ κόσμου κτίσιν, καὶ τίς ἐποίησεν αὐτὴν, ἐκφέρεται γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει διὰ ποιητικῶν στίχων, οὕτως·

Ὦ ἄναξ Λητοῦς υἱὲ ἑκατηβόλε φοῖβε κραταιέ.
Ὦ δέσποτα ἡμέρας υἱὲ, ὁ τὰ πάντα πόῤῥωθεν ἐν ταῖς ἀκτῖσι σου τοξεύων, ἀμίαντε καὶ δυνατέ.
Πανδερκὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων.
Ὁ τὰ πάντα ἐπιβλέπων θνητῶν καὶ ἀθανάτων βασιλεύων.
ἥλιε χρυσέοισιν ἀειρόμενε πτερύγεσιν·

Ἄχθεα γῆς εἴδωλα τετυγμένα,
Εἰδότες οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι,
Φράδμονες οὔτε ποῖον μάλ' ὅπος ῥέψαι κακότητος,
Οὐδ' ἀγαθοῦ παρεόντος ὅπις ῥέψαι καὶ ἔρξαι,
Ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες ἀπρονόητοι.

vbi etiam prioris versiculi explicatio est illud quod sequitur: Θηρία, ὄρνεα, τῶν ἀνθρώπων τὰ καταναλισκόμενα ἔθνη. *Atque hæc hactenus.*

FINIS.

In his Variarum lectionum libris, cum fide orthodoxa pugnat nihil. Bruxellæ 1573. 27. Nouembris.

I. Schellinck,
P. S. Nicolai.